liciti fueritis. Et ſi ſuper omnes celos aſcendit corpore: non
B receſſit maieſtate. Vbiqꝫ preſens eſt qui fecit oīa. Gaudete
Phil. iiij. in dn̄o ſemꝑ. In ſeculo gaudiū quod eſt? Gaudere de iniqui
tate: gaudere de turpitudine: gaudere de dedecore: de defor
mitate. De his ergo oībus gaudet ſeculū. Que oīa nō eſſent:
niſi homines voluiſſēt. Alia ſunt q̄ faciūt homines: alia ſūt q̄
patiuntur: ⁊ ſi nolunt: fecerunt. Quid ergo eſt hoc ſeculum: ⁊
quod eſt gaudiū ſeculi? Dico fratres breuiter quantū poſſū:
quantum deus adiuuat: feſtinātēr: breuiter dico. Seculi le
ticia: eſt impunita nequicia. Luxurientur hoīes: fornicētur
in ſpectaculis nugētur: ebrioſitate ingurgitētur: turpitudi
ne fedētur: nihil mali patiātur: et videte ſeculi gaudiū. Iſta
mala que commemoraui: non caſtiget fames: nō belli timor
non aliquis timor: non aliquis morbus: non vlla aduerſitas:
ſed ſunt oīa in rerū abundantia: in pace carnis: in ſecuritate
male mētis: ecce vide ſeculi gaudiū. Sed non cogitat deus
ſicut homo. Alia eſt dei cogitatio: alia hominis. Magne mi
ſericordie eſt nequitie impunitatem non relinquere: et ne co
gatur in extrema gehenne dānare: modo flagella dignat̄ ca
ſtigare. Nam vis noſſe nulla pena quanta ſit pena: non tamē
iuſto ſed peccatori: cui eſt tēporalis pena ne ſuccedat eterna
Vis ergo noſſe: nulla pena quanta ſit pena? Pſalmū interro
Pſ. ix. ga. Irritauit dn̄m peccator. Exclamauit vehementer: atten
dit: conſiderauit: exclamauit. Irritauit dn̄m peccator. Qua
re obſecro? Quid vidiſti? Qui aūt hoc exclamauit: vidit pec
catorem impune luxuriantē: male facientē: bonis abūdantē
et exclamauit. Irritauit dn̄m peccator. Quare hoc dixiſti?
Quid enim vidiſti? Pre magnitudine ire ſue non requirit.
Intelligite fratres chriſtiani miſericordiā dei: qn̄ caſtigat
mundū: non vult damnare mūdū. Pre magnitudine ire ſue
non exquirit. Ideo nō exquirit: quia multum iraſcitur. Ma
gna eſt ira eius. Parcendo ſeuit: ſed iuſte ſeuit. Eſt enim ſe
ueritas: quaſi ſeua veritas. Si ḡ aliqn̄ ſeuit parcēdo: bonum
eſt nobis vt ſubueniat caſtigando. Et tamē ſi facta generis
Pſ. cij. humani conſideremus: quid patit̄? Non ſm̄ peccata noſtra
fecit nobis. Filij eius ſumus. Vn̄ hoc probamus? Mortuꝰ
eſt pro nobis vnicus: ne remaneret vnus. Noluit eſſe vnus:
qui mortuꝰ eſt vnꝰ. Multos enim filios dei fecit vnicꝰ filius
Emit ſibi fratres ſanguine ſuo. Probauit reprobatos: rede
mit venditos: honorauit iniuriatos: viuificauit occiſos. Du
bitas ꝙ dabit tibi bona ſua: q̄ nō dedignatꝰ eſt ſuſcipere ma
la tua? Ergo fratres gaudete in dn̄o non in ſeculo: id eſt gau
dete in veritate non in iniquitate. Gaudete ī ſpe eternitatis
non in flore vanitatis. Ita gaudete et vbiqꝫ: et q̄diucunqꝫ
hic fueritis: dominus in proximo eſt: nihil ſolliciti ſitis.

## ¶ De verbis domini in euange-lio ſm̄ Johannem.

## ¶ De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm̄ Johannem. In principio erat verbum et verbū erat apud deum: et deus erat verbum. Et reprehēſione arrianorum. Sermo. xxxviij.

A Capitulum euan
gelij quod lectum eſt fratres dile
ctiſſimi: purum oculum cordis in
quirit. Dominum enim nr̄m ieſuꝫ
xp̄m accepimus ſm̄ diuinitatem
ad condendā vniuerſam creaturā
ſm̄ humanitatem ad reparandaꝫ
lapſam creaturā: euangelizāte io
hanne. In ipſo autē euāgelio quā
tus ⁊ q̄lis vir iohānes fuerit inuenimꝰ: vt ex dignitate diſpē
ſatoris intelligatur quāti precij ſit verbū qd̄ per talem dici
potuit: immo q̄ nulliꝰ ſit precij quod ſuperat omia. Precio
enī aut cōparatur res venalis: aut ſubijcitur: aut exceditur
eam. Quando tanto quiſqꝫ comparat quanto valet: equatur
preciū rei q̄ cōparatur: qn̄ vilius: ſubijcitur ei: qn̄ charꝰ: ſu
perat eā. Verbo autē dei nec equari aliquid pōt: nec ad mu
tationē ſubijci: nec ſupponi aliquid. Subijci enī oīa poſſunt
Johā. j. verbo dei: q2 oīa per ipm facta ſūt: nō tamē ſubijciant̄ quaſi
preciū ſint verbi: vt quiſqꝫ det aliqd vt illud accipiat. Tn̄ ſi
dici poteſt et admittit nomē hoc ratio aliqua vel loquēdi cō

ſuetudo: preciū cōparandi verbi ipſe cōparator ē: qui ſeipſū
ꝓ ſeipſo dederit huic verbo. Itaqꝫ qn̄ aliquid emimus: que
rimus aliquid quod demus: vt habeamus rem dato precio
quam volumus emere. Et extra nos eſt quod damus: et ſi
apud nos erat fit extra nos illud qd̄ damus vt ſit apud nos
illud quod comparamus. Quicquid precij inuenerit q̄ emit:
aliquid neceſſe eſt vt tale inueniat: vt det qd̄ habet: accipiat
quod non habet. Manet tn̄ ille a quo abſcedit precium: ⁊ ac
cedit ad illud ꝓ quo dat preciū. Qui autē vult cōparare vbū
hoc: q̄ vult habere nō querat extra ſeipſum qd̄ det: ſeipm det.
Quod cū fecerit: non ſe amittit ſicut amittit preciū: qn̄ aliqd
emit. Verbū ergo dei propoſitū eſt oībus. Cōparēt q̄ poſſūt
poſſunt aūt qui pie voluerint. In illo enim verbo pax: ⁊ pax Luce. ij.
in terra hominibus bone voluntatis. Ergo qui vult cōpara
re: det ſeipſum. Quaſi preciū eſt hoc verbi ſi dici aliquo mō
pōt: qn̄ nec ſe ꝑdit q̄ dat: ⁊ acq̄rit verbū ꝓ quo ſe dat ⁊ ſeipm ī
vbo acq̄rit cui ſe dat. Et q̄d dat vbū? Non aliqd ab ipo alie
nū ꝓ q̄ ſe dat: ſꝫ qd̄ ꝑ ipſū verbū factū ē: hoc ei reddit̄ vt refi
ciatur. Oīa ꝑ ipſū facta ſunt. Si oīa: vtiqꝫ et hō. Si celū: ſi ter Joh. j.
ra: ſi mare: ſi oīa q̄ in ipſis: ſi vniuerſa creatura: vtiqꝫ ille ma
nifeſtius qui ad imaginē dei factus per verbū factus eſt hō.
Non modo fratres tractamus: quomō poſſit intelligi quod B
dictū eſt. [In principio erat verbū et verbū erat apud deum
et deꝰ erat verbū.] Ineffabiliter poteſt intelligi. Nō verbis
hominis fit: vt intelligatur verbū dei. Tractamꝰ et dicimꝰ:
quare non intelligatur. Nūc nō dicimus vt intelligatur: ſed
dicimꝰ quod impediat ne intelligatur. Eſt enim forma q̄dā
forma non formata: ſed forma oīm formatorū. Forma incō
mutabilis: ſine lapſu: ſine defectu: ſine tēpore: ſine loco: ſu
perans oīa: exiſtens in oībus: ⁊ fundamentū quoddā in quo
ſint: et faſtigiū ſub quo ſint. Si dicis: quia oīa in illo ſunt: nō
mentiris. Dictū eſt enim ipſum verbū ſapiētia dei. Habemꝰ
aūt ſcriptū. Oīa in ſapientia feciſti. Ergo in illo ſunt omnia Pſ. ciij.
et tn̄ quia deus eſt: ſub ipſo ſunt oīa. Dicimus q̄ incōprehen
ſibile ſit quod lectū eſt: et tn̄ lectū eſt: nō vt cōprehenderetur
ab hoīe: ſed vt doleret hō: q̄ nō cōprehendit: et inueniret vn̄
impeditur a cōprehenſione ⁊ remoueret ea: ⁊ inhiaret perce
ptione incōmutabilis verbi: ipſe ex deteriore in meliꝰ cōmu
tatus. Non enim verbū proficit aut creſcit accedēte cognito
re: ſed integrū ſi permanſeris: integrū ſi receſſeris: integrū
cū redieris: manens in ſe et innouās oīa. Ergo eſt forma oīū
rerū. Forma infabricata ſine tpe vt diximus: et ſine ſpacijs
locorū. Quicquid enim loco capitur: circūſcribitur. Forma
circūſcribit̄ finibus: habet metas: vnde et quouſqꝫ ſit. Dein
de quod loco capitur et mole quadā et ſpacio diſtenditur: mi
nus eſt in parte q̄ in toto. Facit deus vt intelligatis. Quoti
die autem de corporibus que ante oculos noſtros ſunt: que
videmus: que tāgimus: inter q̄ ſumus: poſſumus iudicare
corpus quodlibet in loco habere formā. Omne aūt quod ſpa
cium loci occupat: minus eſt in parte q̄ in toto. Pars corpo
ris humani: verbi gratia: brachiū. Vtiqꝫ minus eſt brachiū
q̄ totū corpus. Et ſi minus eſt brachiū: breuiorē locū occu
pat. Item caput q2 pars eſt corporis in minori loco eſt: ⁊ mi
nus eſt q̄ totū corpus cui caput eſt. Sic oīa que ſunt in loco
minora ſunt in parte q̄ in toto. Nihil tale de illo verbo ſenti
mus: nihil tale cogitemus. Non de ſuggeſtione carnis ſpiri
talia imaginemur. Non eſt ille ſermo: non eſt ille deus minor
in parte q̄ in toto. Sed nō potes tale aliqd cogitare. Magis
pia eſt talis ignorātia q̄ preſumpta ſcientia. Loquimur enī
de deo. Dictū eſt. Et deus erat verbū. De deo loquimur: qd Johā. j.
mirū ſi non cōprehendis? Si enim cōprehendis: non ē deus
Sit pia ꝯfeſſio ignorātie magis q̄ temeraria ꝓfeſſio ſciētie C
Attingere aliquantū te mente deū: magna beatitudo eſt: cō
prehēdere autē omnino impoſſibile. Ad mentē deus ꝑtinet:
intelligendus eſt: ad oculos corpus: videndū eſt. Sed corpꝰ
oculo cōprehendere te putas? Omnino non potes. Quicqd
enim aſpicis: nō totū aſpicis. Cuius hominis faciem vides
dorſum nō vides eo tpe quo faciē vides. Et qn̄ dorſū vides
eo tpe faciem nō vides: Non ſic ergo vides vt cōprehēdas:
ſed qn̄ aſpicis aliā partem quā nō videras: niſi memoria te
cū faciat vt memineris te vidiſſe vnde recedis: nunq̄ te di
ceres aliquid vel in ſuperficie comprehendiſſe. Tractas qd̄
vides: verſas huc atqꝫ illuc: vel ut ipſe circuis vt totū videas
Vno ergo aſpectu totū videre nō potes. Et q̄diu verſas vt

videas ꝑtes vides: et contexēdo qꝛ vidiſti alias ꝑtes: vide-
ris totū inſpicere. Non autē hic oculoꝝ viſus: ſed memorie
viuacitas intelligit. Quid ḡ de illo vbo fratres dici pōt? Ec
ce de corporibus dicimꝰ ſubiacētibus oculis nr̄is: nō illa poſ-
ſunt cōprehēdere aſpectu: qs ergo oculus cordis cōprehen-
dit deū? Sufficit vt attingat: ſi purus ē oculus. Si aūt attin
git tactu quodā attigit incorporeo ⁊ ſpirituali: nō tn̄ cōprehē-
dit: et h̄ ſi purus eſt: ⁊ hō fit beatꝰ contingēdo corde illud qđ
ſemꝑ beatū manet: ⁊ eſt illud beatitudo ꝑpetua ⁊ vnde fit hō
viuus vita ꝑpetua: vñ fit hō ſapiēs ſapiētia ꝑfecta: vnde hō
fit illuminatꝰ: lumē ſempiternū eſt. Et vide quēadmodū tu
cōtingēdo efficeris qđ nō eras: nō illud qđ cōtingis facis eē
qđ nō erat. Hoc dico. Deus nō creſcit ex cognitore: ſ3 cogni-
tor ex cognitione dei. Ne putemꝰ fratres chariſſimi qꝛ bn̄fi-
cium ꝓſtamꝰ deo: qꝛ diximꝰ preciū nos dare quodāmō. Nō
enī vñ augeat ille damꝰ: q ⁊ te lapſo integer eſt: ⁊ te redeūte in-
teger manet: paratus videre vt beatificet ꝯuerſos: ⁊ aduerſos
puniat cecitate. Qui enī ſe auertit a lumine vbo. i. a deo: iā ce-
cus efficit. Nondū ſentit penā ſed iā habet. Itaqꝫ verbū dei
fratres chariſſimi icorꝑaliter: iuiolabiliter: incōmutabilit:
ſine tꝑali natiuitate: natū3 tn̄ intelligamꝰ a deo. Putamꝰ ne
poſſumꝰ aliq̄ mō ꝑſuadere qbuſda3 infidelibꝰ nō abhorrere
a vero qđ dr̄ a nobis fide catholica q cōtraria eſt arrianis: a
quibꝰ eccl'ia dei ſepe tētata ē: cū carnales hoīes faciliꝰ illud
accipiūt qđ videre ꝯſueuerūt? Auſi ſūt enī qdā dicere. Maior
eſt pr̄ filio et ꝓcedit eū tꝑe. i. maior eſt filio pr̄: ⁊ minor eſt pa-
tre filiꝰ: et a patre in tꝑe ꝓcedit. Et ſic diſputāt. Si natꝰ eſt:
vtiqꝫ erat pr̄ anteqꝫ filiꝰ illi eſſet natꝰ. Attēdite. Adſit nobis
adiuuātibꝰ orōnibus vr̄is et pia intētione accipe cupiētibꝰ
qđ ipſe donauerit: qđ ipe ſuggeſſerit. Aſſit nobis vt poſſimꝰ
quoqꝫ mō explicare qđ cepimꝰ. Tn̄ fratres ante dico. Si nō
potuero ego explicare: nō ratiōnē putetis ſed hominē defeciſ-
ſe. Itaqꝫ vos hortor et dep̄cor vt oretis: aſſit mīa dei: ⁊ ita rē
a nobis dici faciat: vt vos exaudire oportet: et nos dicere.
D Hoc ergo illi dicūt. Si filius dei eſt: natꝰ eſt. Hoc fatemur.
Nō enī eſſet filiꝰ ſi natus nō eſſet. Manifeſtū eſt: admittit fi-
des: approbat eccl'ia catholica: verū eſt. Adiungūt deinde.
Si natus eſt patri filiꝰ: erat pr̄ anteqꝫ filius ei naſceret. Hoc
reſpuit fides: reſpuunt aures catholice. Anathematizat: ex-
tra eſt q hoc ſapit: nō ꝑtinet ad ꝑticipationē3 ſocietatēqꝫ ſan-
ctoꝝ. Ergo ait. Rationē mihi redde: quō et filiꝰ potuit naſci
patri et coeuus ei eē a q natus eſt? Et qđ faciemꝰ fratres: qñ
carnalibꝰ iſta ſpiritalia ītimamꝰ: ſi tn̄ et noſipſi nō carnales
ſumus: qñ carnalibꝰ iſta ſpiritalia inſinuamus: hoīe aſſuefa
cto natiuitate terrena: et vidēti iſtiꝰ creature ordinē: vbi ſuc-
ceſſus ⁊ deceſſus: gignētes ⁊ genitos etate diſtinguit? Poſt
patrē enī3 naſcit filius: patri vtiqꝫ morituro ſucceſſurꝰ. Hoc
in hoībus: hoc in alijs animātibus īuenimus: parētes prio-
res tꝑe: filios tꝑe poſteriores. Hac cōſuetudine vidēdi: car-
nalia trāſferre illi ad ſpiritalia cupiūt: ⁊ ītentiōe carnaliū fa-
cilius ſeducunt. Nō enī ratio audiētiū ſequit talia ꝑdicātes
ſed cōſuetudo q etia3 īuoluit eos vt talia ꝑdicarēt. Et qđ fa-
ciemus nos? Silebimꝰ? Utinā liceret. Forſitā enī ſilēdo ali
quid dignū de re ieffabili cogitaret. Nā quicqđ pōt fari: nō
ij.Cor.xij. eſt ineffabile. Ineffabilis eſt aūt deus. Si enī raptū ſe dicit
vſqꝫ ī tertiū celū: ap'ſ paulꝰ: ⁊ dicit ſe audiſſe ieffabilia ver-
ba: qꝫto magis ipſe ieffabilis q talia demōſtrauit que fari nō
poſſit: cui demōſtrata ſunt? Itaqꝫ fratres: meliꝰ erat ſi poſſe-
mus tacere ⁊ dicere. Hoc h3 fides: ſic credimꝰ. Nō potes ca
pere: puulus es: patiēter tolerādū donec pēnas nutrias: ne
cū volare iplumis volueris: nō ſit illa aura libertatis: ſed ca-
ſus temeritatis. Quid illi ꝯtra? O ſi hr̄et qđ diceret: diceret
mihi. Deficiēti iſta excuſatio eſt. Uictꝰ eſt: neſcit q reſpōde-
re nō vult. Ille cui h̄ dicit: ſi nō reſpōdeat: ⁊ in ſeipſo victꝰ nō
eſt: vincit tn̄ in titubātibus fratribꝰ. Audiūt enī fratres īfir-
mi ⁊ putāt reuera nō eſſe qđ dicat: et forſitā verꝫ putāt nō eē
qđ dicat: non tn̄ nō eſſe qđ ſentiat. Homo enī nihil pōt dice-
re: qđ nō etiā ſentire poſſit. Pōt etiā aliqs ſentire: qđ dicere
nō poſſit. Tn̄ ſeruata illiꝰ maieſtatis ieffabilitate: ne cū ali-
quas ſimilitudines ꝯtra illos dederimus: putet nos aliqs ꝑ
iſtas ſilitudines iam ꝑueniſſe ad id qđ nec dici nec cogitari
E pōt certe a puulis. Et ſi pōt ab aliqbus maioribꝰ: pōt ex par
te: pōt in enigmate: pōt per ſpeculū nōdum autē facie ad fa-
ciem. Demus et nos aliqs ſilitudines aduerſus illos vñ illi
refellantur: nō vnde illud capiat. Etenī cum dicimus valde
poſſe fieri: poſſe ītelligi: vt et natꝰ ſit et coeternus ſit ei a quo
natus eſt: vt h̄ refellāt et qſi falſum eſſe demōſtrent: ſilitudi-
nes nobis dāt. Unde? De creatura: et dicūt nobis. Hō vtiqꝫ
erat anteqꝫ gñaret filiū: maior eſt filio ſuo. Et equus erat an
teqꝫ generaret filiū: et ouis et cetera aīalia. Silitudines ad-
hibēt de creaturis. Quid? Nobis laborādum eſt vt ⁊ nobis
inueniamus ſilitudines earū rerum qs aſtruimus? Quid ſi
nō inuenirē? Nō recte poſſe3 dicere: natiuitas creatoris for
taſſe ſilitudinē in creatura nō habet? Quāto enim ſuꝑat ea q
ſunt hic in eo qđ ibi eſt: tāto ſuperat ea q hic naſcunt in eo qđ
ibi natus eſt. Oīa per deū hic ſunt. Et qđ tn̄ eſt cōparādum
deo? Sic oīa q hic naſcunt: illo efficiēte naſcunt. Et ſic forſi
tan nō inuenit aliq ſilitudo natiuitatis eiꝰ: quō nō inuenit ⁊
ſubſtātie eius et īmutabilitatis diuinitatis maieſtatis eius.
Quid enī ſimile hic īueniri pōt? Si ergo forſitā nec natiuita
tis ſilitudo īueniat: nunqđ inde opp̄ſſus ſum: qꝛ nō īueni ſi-
militudines: creatori oīm ī creatura: cupiēs īuenire qđ eſſet
ſimile creatori? Et reuera fratres nō ſum īuēturus tꝑales ſi
militudines qs eternitati poſſim cōꝑare. S3 ⁊ tu qs inueni-
ſti: qđ ſunt? Quid enī inueniſti? Qꝛ pr̄ maior eſt tꝑe qꝫ filiꝰ: ⁊
ideo vis vt filiꝰ dei tꝑe minor ſit qꝫ pr̄ eternus: qꝛ īueniſti mi
norē filiū patri tꝑali. Da mihi eternū patrē hic: et īueniſti ſi-
militudinē. Filiū minore3 inuenis patre in tꝑe: filiū tꝑalem
minorē patre tꝑali. Nunqđ īueniſti mihi filiū tꝑalem mino-
rem eterno patri? Qꝛ ḡ in eternitate ſtabilitas eſt: in tꝑe autē
varietas. In eternitate oīa ſtāt: in tꝑe alia accedūt: alia ſuc-
cedūt: potes īuenire filiū in varietate tꝑis: ſuccedētē patri:
qꝛ etiā patri ſuo ipſe ſucceſſit nō eterno patri tꝑalis. Quid er
go poſſumꝰ fratres mei in creatura inuenire coeternū: qñ in
creatura nihil īuenimus eternū? Inueni eternū patrē in cre
atura: ⁊ inuenio coeternū filium. Si aūt nō inuenis eternū: ⁊
vincūt in tꝑe: ſufficit vt ad ſilitudinē inueniamꝰ coeuū. Aliđ
eſt enī coeternū: aliud coeuū. Coeuos qtidie dicimus eos: q
eandē habēt menſurā tempoꝝ. Nō alter ab altero ꝓcedit tē-
pore: ambos tn̄ eſſe cepimꝰ quos dicimꝰ coeuos. Si potue-
rimus īuenire coeuū qđ naſcit ei a q naſcit: ſi poſſunt īueniri
coeua duo generās ⁊ gñatus: hic īuenimꝰ coeua: ibi ītelligi-
mus coeterna. Si hic īuenero genitū ex eo eē cepiſſe ex q ce-
pit gñator: intelligimꝰ certe filiū dei ex eo eē nō cepiſſe ex q
nō cepit generator. Ecce fortaſſe fratres īuenimus aliqđ in
creatura qđ de alia re naſcat: ⁊ tamē ex eo tꝑe eſſe icipiat ex
quo cepit illud vñ naſcit: h̄ ex eo ex q illud cepit: illđ ex eo ex
quo illud non cepit. Hoc ḡ coeuū: illud coeternū3. Arbitror
ſanctitatē veſtrā iam ītellexiſſe qđ dico nō poſſe cōparari tē-
poralia etnis: ſ3 poſſe ex aliq tenui ⁊ parua ſilitudine coeua
coeternis. Inueniamꝰ itaqꝫ coeua: et de ſcripturis admone-
amur ad has ſilitudines. Legimꝰ in ſcripturis de ipa ſapiē-
tia. Cādor eſt enī lucis eterne. Itē legimꝰ. Speculū ſine ma Sap.vij.
cula dei maieſtatis. Ipſa ſapiētia dicta eſt. Cādor eſt enī lu vbi ſupra
cis eterne. Dicta ē ymago patris. Hinc capiamꝰ ſilitudinē:
vt īueniamus coeua ex quibꝰ intelligamꝰ coeterna. O arria-
ne ſi īuenero genitorē nō precedere tꝑaliter illud qđ genuit:
ſi genitū nō eſſe minorē tꝑe illo a q gñatus eſt: iuſtū eſt vt cō-
cedas mihi poſſe iſta coeterna īuenire in creatore: qñ coeua
in creatura īueniri potuerūt. Iam quidē aliqbus fratribus F
hoc occurrere puto. Nā ꝑuenerūt aliq ex quo dixi. Cādor ē
enī lucis eterne. Ignis enī lucem fundit: lux ab igne fundit.
Quid a q exiſtat ſi qramus quotidie cū lucernā accēdimus
admonemur rei cuiuſdā iuiſibilis ⁊ ienarrabilis: vt lucerna
aliq intelligētie noſtre in iſta nocte ſeculi poſſit attēdi. Attē-
de eū qui lucernā accēdit. Nō accēſa lucerna nōdū eſt ignis
nondū eſt ⁊ fulgur q ab igne exit. Interrogo aūt ego et dico.
Fulgur ab igne exiſtit: an ignis a fulgure? Oīs aīa mihi re-
ſpōdet (voluit enī deꝰ inſeminare oī aīe initia intellectꝰ: ini-
tia ſapiētie.) Oīs mihi aīa reſpōdet ⁊ nemo dubitat qꝛ ſplen
dor ille de igne exiſtit: nō ignis de ſplēdore. Ponamꝰ ergo
ignē patrē illius ſplēdoris: qꝛ iā ꝓlocuti ſumus coeua nos q
rere: nō coeterna. Si lucernā accēdere cupio: nōdum eſt ibi
ignis: nōdū et ille ſplēdor. Mox aūt vt accēdero: ſimul cum
igne ⁊ ſplēdor exiſtit. Da mihi h̄ ignē ſine ſplēdore: ⁊ credo ti
bi patrē fuiſſe ſine filio. Attēdite. Dicta eſt vt tāta res potuit
a nobis dici. Dn̄o adiuuāte intētionē orōnis vr̄e ⁊ prepara-
tione3 cordis vr̄i excepiſtis: qꝫtum capere potuiſtis. Illa tn̄

ineffabilia ſunt. Nihil dignũ putetis dictuȝ: vel eo ipſo quo
coeuis coeterna cõparant̃: tpalia ſemp manẽtibꝰ: extingui-
bilia incõparabilibꝰ. Sed qꝛ dictꝰ eſt filius et ymago pris:
accipiamus ⁊ aliquã ſilitudinẽ hinc in rebus lõge differen-
tibus vt ꝓlocuti ſumꝰ. Imago exiſtit de ſpeculo hoĩs intuẽ-
tis ſpeculũ. Nõ nobis põt ſuffragari ad euidẽtiaȝ rei huius
quã explicare vtcũq̧ conamur. Etenĩ dicit̃ mihi. Ille q̃ at-
tendit ſpeculũ iam vtiq̧ erat: etiã natus erat. Exiſtit imago
vt aſpectoꝛ extiterit. Nã ille qui ĩſpicit erat: ⁊ anteq̧ accede-
ret ad ſpeculũ. Quid ergo inueniemus vñ poſſimus eruere ta-
lem ſilitudinẽ: ſicut eruimus de igne ⁊ ſplẽdoꝛe? Faciamus
hoc aĩo. Facile noſtis queadmodũ aq̃ coꝛpoꝛuȝ ſepe reddat
imagines. Hoc dicimꝰ: qñ quiſq̧ vel trãſit ſup aquã vel ſtat:
videt ibi imaginẽ ſuã. Ponamꝰ ergo aliq̃d ſup aquã natuȝ:
vel virgultũ aut herbã: nõne cũ imagine ſua naſcit̃? Mox vt
incipit exiſtere: ĩcipit cũ illo exiſtere imago eiꝰ: nõ precedit
naſcẽdo imaginẽ ſuam: nõ mihi oſtẽditur natũ eſſe aliq̃d ſup
aquã: ⁊ poſtea apparuiſſe imaginẽ eius: cũ illud ſine imagi-
ne prius nõ apparuiſſet: ſed naſcit̃ cũ imagine ſua: et tñ ima-
go ab illo: nõ illud ab imagine. Naſcit̃ ergo cũ imagine ſua:
et ſimul eſſe incipiũt virgultũ ⁊ imago eius. Nũquid nõ fate-
ris imaginẽ eſſe de illo virgulto: nõ virgultum de imagine?
Genitã ergo de virgulto illo ↄfiteris imaginẽ. Itaq̧ ⁊ gene-
rans ⁊ qđ genitũ eſt ſimul eẽ ceperũt. Ergo coeua ſũt: ſi ſem-
per virgultũ: ſemp ⁊ imago de virgulto. Qđ autẽ de alio eſt:
vtiq̧ natũ eſt. Poteſt ergo ſemp eſſe generãs: et ſemp cũ illo
qđ de illo natũ eſt. Ibi enĩ eſtuabamur: ibi laboꝛabamꝰ: quõ
intelligeret̃ ſempiterna natiuitas. Ergo filiꝰ dei ſm hoc di-
citur qđ pr̃ eſt qđ hȝ de q̃ ſit: non ſm q̄ pꝛioꝛ eſſet pr̃ ⁊ poſtea
filius. Semp pater: ſemp filiꝰ de patre. Et qꝛ quicq̃d de aliq̃
eſt: natuȝ eſt. Semp igit̃ filius natꝰ: ſemp pater: ſemp imago
de illo: quõ imago illa virgulti: ⁊ de virgulto nata ẽ: ⁊ ſi ſemp
virgultũ: ſemp nata eſſet ⁊ imago de virgulto. Non potuiſti
inuenire coeterna genita eternis genitoꝛibꝰ: et inueniſti co-
eua nata tpalibus gignẽtibꝰ. Intelligo coeternũ filiũ natuȝ
eterno gignẽti. Qđ enĩ eſt tpali coeuũ: hoc eſt eterno coeter-
G num. Hinc etiã eſt modicũ qđ aduertatis fratres ꝓpter blaſ-
phemias. Semp enĩ dicit̃. Ecce dediſti ſilitudines: ſed ſplẽ-
doꝛ q̃ fundit̃ de igne minꝰ lucet q̃ ipſe ignis: ⁊ imago virgul-
ti minꝰ vtiq̧ habet ꝓprietatẽ q̃ illud virgultũ vñ imago eſt.
Habẽt iſta ſilitudineȝ: ſed nõ habẽt oĩmodo eq̃litatẽ: quare
nõ videnť eſſe eiuſdẽ ſubſtãtie. Quid ḡ dicemus? Ecce intel-
lexi eternũ patreȝ: intellexi coeternũ filiũ. Tñ ſicut effuſum
ſplẽdoꝛẽ minꝰ lucẽtẽ igne: aut ſicut effuſam imaginẽ minus
q̃ virgultũ exiſtentẽ dicimus? Nõ. Sed eq̃litas oĩmoda eſt.
Nõ credo ait: qꝛ nõ inueniſti ſilitudinẽ: ſed credo aplõ: q̃ po-
Phil. ij. tuit videre qđ dixi. Ait enĩ. Non rapinã arbitratꝰ eſt eſſe eq̃-
lis deo. Eq̃litas oĩmodo cõiungit̃. Et q̃d dixit? Nõ rapinã
Quare? Qꝛ illud eſt rapina qđ alienũ eſt. Tñ ex iſtis duabꝰ
collationibꝰ et generibꝰ duobꝰ ſilitudinẽ foꝛtaſſis iuenimꝰ
in creatura: quõ intelligamꝰ filiũ coeternũ patri: et nequaq̧
minoꝛẽ. Sed nõ illud poſſumus iuenire in vno gñe ſilitudi-
nem. Iungamꝰ ambo genera: vnũ vñ ipſi dant ſilitudines:
et alterũ vñ nos dedimꝰ. Dederũt enĩȝ ſilitudines illi ex his
qui naſcunt̃ in tpe et ꝑcedunt̃ tẽpoꝛe ab eis a quibꝰ naſcunt̃:
ſicut hõ de hoĩe. Maioꝛ ille tpe pꝛioꝛ natꝰ: ſed tamẽ hõ ⁊ hõ:
id eſt eiuſdẽ ſubſtãtie. Hõ enĩ hoĩem generat: ⁊ equus equũ:
et pecus pecudẽ. Ad eandẽ ſubſtantiã generat iſta: ſed nõ ad
id tẽpus. Diuerſa ſunt tpa: ſed nõ ſunt diuerſa natura. Quid
ergo hic laudamus in iſta natiuitate? Certe eq̃litatẽ nature.
Quid aũt deeſt? Equalitas tẽpoꝛis. Teneamus hic vnũ qđ
laudat̃: id eſt eq̃litateȝ nature. In illo aũt gñe ſilitudinũ qđ
nos dedimꝰ de ſplẽdoꝛe ignis: ⁊ de imagine virgulti eq̃litatẽ
nature nõ iuenis: iuenis coeuitatẽ. Quid hic laudamꝰ? Co-
euitatẽ. Quid deeſt? Equalitas nature. Cõiunge q̃ laudas.
In creaturis enĩ deeſt aliq̃d qđ laudas: ĩ creatoꝛe deeſſe ni-
hil põt: qꝛ qđ inuenis in creatura: a creatoꝛe artifice ꝓceſſit.
Quid ergo in coeuis? Nõne hoc deo dandũ qđ ibi laudas?
Qđ autẽ deeſt nõ tribuẽduȝ maieſtati: in qua nullus defectꝰ
eſt. Ecce offero tibi genitis coeua gignẽtia. Laudas ibi co-
euitatẽ: ſed diſparilitatẽ reprehẽdis. Qđ reꝑhendis noli tri-
buere deo: qđ laudas tribue. Et tribuis illi ex iſto genere ſi-
militudinũ pro coeuitate coeternitatẽ: et coeternꝰ ſit natus
cũ eo a quo natus ſit. De alio autẽ ſimilitudinũ genere que ⁊

ipſa creatura dei eſt ⁊ dȝ laudare creatoꝛẽ: quid ibi laudas?
Equalitatẽ nature. Iam ꝓpter illã diſtinctionẽ dederas co-
eternitatẽ: da ꝓpter iſtã eq̃litateȝ: et ꝑfecta natiuitas eiuſdẽ
ſubſtãtie. Quid enĩ demẽtius fratres mei: q̃ vt in aliq̃ laudẽ
creaturã qđ nõ ſit in creatoꝛe? Laudo in hoĩe equalitatẽ na-
ture: ⁊ nõ credo in eo q̃ fecit hominẽ? Qđ de hoĩe natũ eſt hõ
eſt: ⁊ quod de deo natũ eſt non id erit qđ ille de quo natũ eſt?
Laudẽt ergo creatoꝛẽ oĩa opera ſua. Inuenio hic coeuũ: co-
gnoſco ibi coeternũ. Hic eq̃litatẽ inuenio nature: ibi intelli-
go equalitatẽ ſubſtãtie. Totũ ergo ibi. qđ hic ex partibꝰ ſin-
gulis ⁊ rebꝰ ſingulis iuenit̃. Totũ ergo ſimul ⁊ nõ hoc ſoluȝ
qđ in creaturis totũ inuenio ibi: ſed tanq̧ in creatoꝛe: quãto
amplꝰ qđ hec viſibilia: illa iuiſibilia: hec tpalia: illa eterna
hec cõmutabilia: illa incõmutabilia: hec coꝛruptibilia: illa
incoꝛruptibilia. Poſtremo in hoĩe ipſo ea q̃ inuenimꝰ hõ et
homo duo hoĩes ſunt: ibi pater ⁊ filiꝰ vnus deꝰ. Dño deo no- H
ſtro gr̃as ago ienarrabiles: q̄ ex hoc loco ſcrupuloſiſſimo et
laboꝛioſiſſimo ĩfirmitatẽ meã liberare dignatꝰ eſt: petẽtibꝰ
vobis. Ante oĩa tamẽ ſeruate hoc quicq̃d de creatura potui-
mus colligere: aut ſenſu coꝛpis: aut cogitatiõe animi: ienar-
rabiliter trãſcendere creatoꝛẽ. Sed vis illũ mẽte cõtingere:
purga mentẽ: purga coꝛ tuũ. Mundũ fac oculũ: vñ illud q̃c-
quid eſt poſſit attingi. Mundũ fac oculũ coꝛdis. Beati enĩȝ Mat. v.
mũdo coꝛde: qñ ipſi deũ videbũt. Non autẽ mũdato coꝛde:
quid potuit miſericoꝛdiꝰ ꝓcurari aut donari ab eo: niſi vt il-
lud verbũ de quo tãta et tã multa diximꝰ et nihil dignũ dixi-
mus: niſi vt illud verbũ per qđ facta ſunt oĩa fieret qđ nos ſu-
mus: vt attingere poſſimꝰ illud qđ nõ ſumus? Non enĩ deus
ſumꝰ: ſed poſſumus mẽte vl̃ coꝛdis acie iteriore videre deũ.
Peccatis acies nr̃e obtrite: obtuſe: ĩfirmitate deiecte cupiũt
videre: ſed in ſpe ſumꝰ in re nõdũ ſumus. Filii dei ſumꝰ. Hoc
ait iohãnes q̃ ait. In pꝛĩcipio erat verbũ et verbũ erat apud Johan. j.
deũ: ⁊ deꝰ erat verbũ: qui ſupra pectꝰ dñi diſcũbebat: q̃ ſecre- Joh. xiij.
ta iſta de ſinu illius coꝛdis hauriebat. Ipſe ait. Dilectiſſimi j. Joh. iij.
filij dei ſumꝰ: ⁊ nondũ apparuit q̃d erimus. Scimꝰ qꝛ cũ ap-
paruerit ſimiles ei erimꝰ: qñ videbimꝰ eũ ſicuti eſt. Hoc no-
bis ꝓmittit̃. Sed vt ꝑueniamus ſi nõduȝ poſſumꝰ verbũ vi-
dere dñi: audiamus verbũ carnẽ: qꝛ carnales facti ſumꝰ: au-
diamus verbũ carnẽ factũ. Ideo enĩ venit: iõ ſuſcepit infir-
mitatẽ noſtrã: vt poſſis firmã locutionẽ capere dei poꝛtãtis
infirmitatẽ tuã. Et vere dictũ eſt lac. Lac enĩ dat paruulis:
vt cibũ ſapiẽtie det maioꝛibꝰ. Lactare patiẽter: vt auide pa-
ſcharis. Quõ enĩ fit etiã lac quo lactãtur ĩfantes? Nõne eſca
erat in mẽſa? Sed iualidus ẽ infans ad comedẽdã eſcã: q̃ in
mẽſa eſt. Quid facit mulier? Incarnat eſcam: ⁊ cõficit lac de
ipſa. Cõficit nobis qđ capere poſſimꝰ. Sic verbũ caro factũ
eſt: vt lacte puuli nutriremur: q̃ ad cibũ quidẽ eramus infan-
tes. Verũ hoc itereſt: qꝛ quãdo cibum mater ĩcarnatũ lac fa-
cit: cibꝰ in lac cõuertit̃. Incõmutabiliter autẽ manẽs verbũ
carnẽ aſſumpſit: vt eẽt quodãmõ ↄtextũ. Quid eſt: nõ coꝛru-
pit? Nõ cõmutauit vt per habitũ tuũ tibi loq̃ret̃: nõ in hoĩeȝ
trãſmutatꝰ atq̧ cõuerſus. Incõuertibilis enĩ ⁊ incõmutabi-
lis ⁊ oĩno iuiolabilis manẽs: factꝰ eſt qđ tu ad te: qđ ipſe ad
patrẽ. Ipſe enĩȝ infirmis q̃d dicit vt poſſint recuperato viſu
verbũ ex aliq̃ ꝑte attingere: per qđ facta ſunt oĩa? Venite ad
me oẽs q̃ laboꝛatis ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego reficiã vos. Tollite Mat. xj.
iugũ meũ ſup vos: ⁊ diſcite a me qꝛ mitis ſum ⁊ hũilis coꝛde.
Quid mgr̃ filiꝰ dei: ſapiẽtia dei p̃ quẽ facta ſunt oĩa ↄcionat̃?
Vocat humanũ genꝰ et dicit. Venite ad me oẽs q̃ laboꝛatis
et diſcite a me. Putabas foꝛte dicturã ſapiẽtiaȝ dei. Diſcite
quõ celos feci ⁊ aſtra: Oĩa etiã in me anteq̧ fierẽt numerata
erãt: quõ in virtute rationũ incõmutabiliũ etiã capilli veſtri Mat. x.
numerati ſunt. Hec putabas et talia eẽ dicturam? Nõ. Sed
prius illud. Qm̃ mitis ſum ⁊ hũilis coꝛde. Ecce qđ capiatis:
videte fratres: certe parũ eſt. Ad magna nos tẽdimus: paruũ
capiamꝰ: ⁊ magni erimus. Vis capere celſitudinẽ dei: cape
prius humilitatẽ dei. Dignare eẽ humilis ꝓpter te: qꝛ deus
dignatꝰ eſt hũilis eſſe ꝓpter eũdem te: nõ enĩ ꝓpter ſe. Cape
ergo humilitatẽ xp̃i: diſce hũilis eſſe: noli ſupbire. Cõfitere
infirmitatẽ tuã: iace paciẽter ante medicũ. Cũ ceperis hũi-
litatẽ eiꝰ: ſurgis cũ illo: nõ q̃ſi ⁊ ipſe ſurgat ſm qđ verbũ eſt:
ſed tu potiꝰ vt magis magiſq̧ a te capiat̃. Intelligebas pri-
mo titubãter atq̧ heſitãter: itelligis poſtea certiꝰ et clarius.
Nõ ille creſcit: ſed tu ꝓficis: et quaſi tecũ videt̃ ſurgere. Sic

eſt fratres. Credite preceptis dei: ⁊ facite illa: ⁊ donabit vobis robur intelligẽtie. Non preſumatis ⁊ quaſi anteponatis ſcientiã precepto dei: ne īferiores nõ ſolidiores remaneatis. Arborẽ attẽdite. Petit ima prius vt ſurſuz excreſcat. Figit radicẽ in humili vt verticẽ tendat ad celũ. Nũquid nitit̃ niſi ab humilitate tua? Itez ſine charitate: ſine hũilitate vis excelſa cõprehẽdere: ſine radice auras petis. Ruina ē iſta: nõ incrementũ. Habitante chriſto per fidẽ in cordibus veſtris in charitate radicamini atq̃ fundamini: vt īpleamini in omnem plenitudinem dei.

## ¶ De eo qd̃ ſcriptũ eſt in euãgelio ſm eundẽ. In mundo erat et mũdus per ip̃m factꝰ eſt: ⁊ mũdus eũ non cognouit. Sermo. xxxix. In quo nos admonet patos eē ad expectãdũ nouiſſima ⁊ cetera

A Dominꝰ noſter ieſus xp̃s ⁊ venit ad hoīes ⁊ abſceſſit ab hoībus: ⁊ vẽturus ē ad hoīes. Et tñ hic erat qñ venit: nec receſſit qñ abſceſſit: et ad eos vẽturꝰ eſt quibꝰ dixit. Ecce ego vobiſcũ ſum oībus diebus vſq̃ ad cõſummationez ſeculi. (Matthei xxviij.) Scd̃m formã q̃ ſerui quã ſuſcepit pro nobis: quodã tp̃e natꝰ eſt: occiſus eſt et reſurrexit: (Rom. vj.) et iã non morit̃: nec mors illi vltra dñabit̃. Scd̃m diuinitatẽ autẽ qua eq̃lis eſt patri: [in hoc mũdo erat: ⁊ mundus p ip̃m factꝰ eſt: ⁊ mũdus ip̃m nõ cognouit.] (Joh.j.) De h̃ audiſtis mõ euãgeliũ qd̃ monuerit nos vł admonuerit: cautos nos faciẽs: et volẽs eſſe expeditos et patos ad expectãdum nouiſſima: vt poſt nouiſſima q̃ ſunt in h̃ ſeculo metuenda ſuccedat requies q̃ nõ habet finẽ: beati q̃ pticipes facti fuerint. Erũt autẽ tũc ſecuri: q̃ mõ nõ ſunt ſecuri: et iterũ tũc timebũt: qui mõ timere nolũt. Ad hãc expectationẽ et ppter hãc ſpẽ xp̃iani facti ſumus. Nõne ſpes noſtra nõ eſt de ſeculo? Nõ amemꝰ ſeculuz. Ab amore ſeculi huiꝰ vocati ſumus: vt aliud ſeculũ ſperemꝰ et diligamꝰ. In hoc abſtinere nos debemꝰ: ab oībus illicitis cõcupiſcẽtijs: h̃ eſt lũbos accinctos hr̃e debemus: ⁊ feruere et lucere ī opibus bonis: hoc eſt lucernas ardẽtes in manibꝰ hr̃e. (Mat.v.) Dixit eni ip̃e dñs diſcipulis ſuis alio loco euãgelij. Nemo accẽdit lucernã ⁊ ponit eã ſub modio: ſed ſup cãdelabrũ: vt luceat oībus q̃ in domo ſunt. Et vt oſtenderet vñ dicebat: (vbi ſupra) ſubiecit ⁊ ait. Sic luceat lux vr̃a corã hoībus vt videãt bona facta vr̃a: et glorificẽt patrẽ veſtrum q̃ in celis eſt. Ideo lumbos nr̃os accinctos eſſe voluit et lucernas ardẽtes. Quid eſt lũbos accinctos? Declina a malo. Quid eſt lucere? Quid eſt lucernas ardẽtes hr̃e? Hoc eſt. Et fac bonũ. Quid eſt qd̃ adiunxit et ait. (Luce.xij.) Et vos ſimiles eſtote hoībus expectãtibꝰ dñm ſuũ quãdo reuertat̃ a nuptijs: niſi qd̃ in illo pſalmo ſequitur. Inq̃re pacẽ ⁊ pſeq̃re eã? Hec tria: hoc eſt abſtinẽtia a malo: et opatio boni: ⁊ ſpes p̄mij eterni cõmemorata ſunt in actibꝰ apoſtolorũ: vbi ſcriptũ eſt. Q2 docebat eos paulꝰ de ↄtinẽtia: (Act. xxiiij) que ē ſpes vite eterne. (Luce. xij.) Ad ↄtinentiã ptinet. Sint lũbi vr̃i accincti. Ad iuſticiã ptinet. Et lucerne ardẽtes. Ad expectationem dñi ptinet. Que ē ſpes vite eterne. Ergo declina a malo: hec eſt cõtinẽtia: hi ſunt lũbi accincti. Et fac bonũ: hec eſt iuſticia: he ſũt lucerne ardẽtes. Quere pacẽ et ſeq̃re eã: hec ē expectatio futuri ſeculi. Ergo ſil̃es eſtote hoībus expectãtibus dñm ſuũ: qñ veniat a nuptijs.

B Habẽtes autẽ iſta p̄cepta et pmiſſa: qd̃ querimꝰ in terra dies bonos: vbi eos inuenire non poſſumꝰ? Scio eni q2 eos q̃ritis qñ aut egrotatis: aut in tribulationibꝰ eſtis: q̃ abũdãt in h̃ ſeculo: qm̃ q̃ñ etas vergit ad finẽ: et ſenex plenꝰ eſt q̃relis ⁊ nullis gaudijs: īter oẽs tribulationes q̃bus cõterit̃ genꝰ humanũ nõ querũt hoīes niſi dies bonos: ⁊ vitã volũt lõgã quã hic hr̃e nõ poſſunt: q2 ⁊ lõga hoīs vita tãta breuitate cõſtringit̃ ad vniuerſi ſeculi illiꝰ latitudinẽ: q̃ſi ſi vna gutta ad vniuerſũ mare cõparet̃. Quid ergo eſt vita hoīs: etiã illa q̃ lõga dicit̃? Longã vitã dicũt q̃ in ſeculo iſto breuis eſt: ⁊ ſicut dixi: abundãt gemitꝰ vſq̃ ad decrepitã ſenectutẽ. Hoc totũ modicũ ⁊ breue eſt: ⁊ tñ quõ q̃ritur ab hoībus: quãta diligẽtia: quãto labore: quanta cura: quãta vigilantia: quãto ope querũt hoīes vt diu hic viuãt et ſeneſcãt? Ipſum aũt diu viuere: qd̃ eſt aliud niſi ad finẽ currere? Habuiſti heſternũ diẽ: hr̃e vis et craſtinũ diẽ. Sed cũ dies iſte trãſierit ⁊ craſtinꝰ: minus illuz habes. Ideo optas vt luceſcat dies: vt ppinquet tibi q̃ tu nõ vis puenire. Exhibes aliquã ſolẽnitatẽ amicis tuis: audis ibi a bñ optãtibus: dicit̃ tibi: mł̃tos ãnos viuas: ⁊ veniat qd̃ illi dixerũt. Quid? Vt veniãt anni ⁊ anni: et nõ vis vt veniat finis annorũ. Studia tua cõtraria ſunt. Ambulare vis: ⁊ puenire nõ vis. Verũtamẽ vt dixi ſi tãta cura ī eſt hoībus vt quotidianis magnis ppetuiſq̃ laboribꝰ cupiãt vt tardiꝰ moriant̃: quãta cura agẽdum eſt vt nunq̃ moriant̃? Inde nemo vult cogitare. Quotidie q̃runt̃ in iſto ſeculo dies boni vbi nõ īueniunt̃: ⁊ nẽo vult ſic viuere vt illuc pueniat vbi īueniunt̃. Ideo eadẽ ſcriptura admonet ⁊ dicit. Quis eſt hõ qui vult vitã: ⁊ diligit dies videre bonos? (Ps. xxxiij.) Sic īterrogauit ſcriptura vt ſciret qd̃ illi reſpõderet̃: ſciens q̄ oẽs hoīes vitã quererẽt et dies bonos. Pro deſiderio ipſorũ īterrogauit: tanq̃ ſibi de oīm corde reſponderet̃. Ego volo. Sic dixit. Quis eſt hõ qui vult vitã ⁊ diligit dies videre bonos? Quẽadmoduz etiã iſta hora q̃ vobis loquor: cũ audiſtis me dixiſſe. Quis eſt hõ qui vult vitã: ⁊ diligit dies videre bonos: oẽs reſpõdiſtis in corde veſtro. Ego. Nã et ego q̃ vobiſcũ loquor: vitã volo ⁊ dies bonos. Qd̃ queritis vos: hoc q̃ro ⁊ ego. Quõ ſi aurũ nobis oībus eſſet neceſſariũ: ⁊ ego ad aurũ vna vobiſcũ puenire volẽs: ⁊ eſſet alicubi in agro veſtro in loco vr̃e poteſtatis ſubdito: ⁊ viderẽ vos querẽtes aurũ: ⁊ dicerẽ vobis: qd̃ queritis: reſpõderetis mihi aurũ: ⁊ ego vobis dicerẽ: aurum q̃ritis ⁊ ego aurũ quero: qd̃ queritis ⁊ ego q̃ro: ſed nõ ibi queritis vbi poſſumꝰ inuenire. Ergo audite me: vbi poſſumus īuenire: vobis nõ tollo: locũ vobis oſtẽdo: īmo ſeq̃mur oẽs eũ q̃ nouit vbi ſit qd̃ q̃rimus. Sic ⁊ nũc: q2 deſideratis vitã et dies bonos: nõ poſſumꝰ vobis dicere: nolite deſiderare vitã et dies bonos: ſed illud dicimꝰ: nolite ⁊ hic q̃rere in h̃ ſeculo vitã ⁊ dies bonos: vbi boni eſſe nõ poſſunt. Nõne vita ipſa morti ſil̃is eſt? Dies autez ipſi pperãtes trãſeunt: q2 hodiernꝰ dies heſternuz excluſit. Craſtinꝰ iõ naſcit̃: vt excludat hodiernũ. Ipſi dies nõ ſtãt: tu q̃re cũ illis vis ſtare? Deſideriũ ergo veſtrũ q̄ vitã vultis et dies bonos: nõ ſolũ nõ reprimo: ſed etiã vehemẽtius accẽdo.

C Prorſus q̃rite vitã: q̃rite dies bonos: ſed vbi poſſunt inueniri: ibi querant̃. Vultis eni audire mecũ ↄſiliũ eius q̃ nouit vbi ſint dies boni: et vbi ſit vita? Audite nõ a me: ſed mecũ ſimul. Ait eni nobis quidã. Venite filij audite me: ⁊ ↄcurramus ⁊ ſtemꝰ: ⁊ aures erigamus: ⁊ corde itelligamus patrẽ qui ait. (vbi ſupra.) Venite filij audite me: timorem dñi docebo vos. Et quã rem vult docere: ⁊ cui rei vtilis eſt timor dñi. Sequitur. Quis ē hõ qui vult vitã ⁊ diligit dies videre bonos? Reſpõdemus oẽs. Nos volumꝰ. Quid ſequit̃ audiamus. Cohibe linguã tuam a malo: ⁊ labia tua ne loquant̃ dolũ. Modo dic. Ego iãdudũ qñ dicebã. Quis eſt hõ qui vult vitã: et diligit dies videre bonos? oẽs reſpõdebamus. Ego. Heia rñdeat mihi aliq̃s. Ego. Ergo cohibe liguã tuã a malo: et labia tua ne loquantur dolũ. Dic mõ. Ergo dies bonos et vitã vis: cohibere linguã tuã nõ vis a malo: et labia tua ne loquãt̃ dolũ? Ad mercedẽ alacer: ad opus piger: ⁊ cũ nõ operãti redditur merces: vtinã in domo tua: vł operãti mercedẽ reddas. Nã ſcio q2 nõ operãti nõ reddis. Quare? Q2 nihil operãti: nihil debes. Et deus poſuit mercedẽ. Quã mercedẽ? Vitã ⁊ dies bonos q̃s oẽs deſideramꝰ: ad q̃s dies oẽs conamur venire. Promiſſaz mercedẽ daturꝰ eſt. Quã mercedẽ? Vitã ⁊ dies bonos. Et q̃ ſũt dies boni? Vita ſine fine: requies ſine labore. Magnã mercedẽ ppoſuit. In tãta ppoſita mercede: videamus qd̃ iuſſit. Iã eni mercede tante pollicitationis ⁊ amore mercedis accẽſi: paremꝰ iuſſioni eiꝰ vires nr̃as: latera: lacertos. Quaſi iuſſurus ē onera grandia nos portare: forte aliq̃d fodere: forte aliquã machinã erigere? Nõ iuſſit tibi rẽ laborioſam: ſz mẽbrũ qd̃ īter oīa mẽbra cito moues: ip̃m tibi precepit. Cohibe linguã tuã a malo. Nõ eſt labor erigere fabricam: ⁊ labor ē tenere linguã? Cohibe linguã tuã a malo. Noli loq̃ mẽdaciũ: noli loq̃ criminatiões: noli loq̃ calũnias: noli loq̃ falſa teſtimonia: noli loq̃ blaſphemias. Cohibe linguã tuã a malo. Vide quõ iraſceris: ſiq̃s de te male loquat̃. Quõ iraſceris alteri qñ de te male loquit̃: ſic iraſcere tibi qñ de altero male loq̃ris. Labia tua non loquant̃ dolũ. Qd̃ eſt intus in corde tuo: hoc dicat̃ foras. Nõ aliud pectus tegat: ⁊ aliud lingua pferat. Declina a malo et fac bonũ. Nã quõ dicturus ſum ei. Veſti nudũ: q̃ adhuc ſpoliare vult veſtitũ? Nã q̃ premit ciuẽ ſuum: quõ habet ſuſcipere peregrinũ? Ergo per ordinem: prius declina a malo ⁊ fac bonũ: prius accinge lũbos tuos: et tunc lucernã accende. (Luce.xij.) Et cũ hoc feceris: ſecuros expecta vitã et dies bonos: q̃re pacẽ et ſequere eã: et tunc bona

fronte dices domino. Feci qđ iuſſiſti: redde quod ꝓmiſiſti.

¶ De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem de nathanael. Cum eſſes ſub arbore fici vidi te. Sermo.xl.

A Quod dictū audiuimus a dño ieſu chriſto natha-
nael: ſi bñ intelligamus: nõ ad ipm pertinet ſolū.
Ipſe quippe dñs ieſus ſub ficu vidit omne genus
humanū. Iſto enī loco itelligit per arborē fici ſi-
gnificaſſe peccatū. Nõ vbiq̄ hoc ſignificat: ſꝫ hoc loco vt di-
xi: ea ſcilicet ſignificãdi cõgruētia qua noſtis ꝑmū hominē
Geñ.iij. qñ peccauit: folijs ficulneis fuiſſe ſubtectū. His folijs enim
pudēda texerūt: quãdo de peccato ſuo erubuerūt: et q̄ deus
illis mēbra: ipſi ſibi pudēda fecerūt. Nõ enī erubeſcēdū eſt
de ope dei: ſed cõfuſionē preceſſit cã peccati. Si nõ preceſſiſ
ſet iniq̄tas: nūq̄ erubeſceret nuditas. Nudi enī erãt: ⁊ nõ cõ
fundebant. Nõ enī cõmiſerant vñ cõfunderent. Hoc autē q̄-
re dixi: vt per ficū intelligamꝰ ſignificatū eſſe pctm̄? Quid ē
ergo. Cū eſſes ſub ficu vidi te? Cū eſſes ſub peccato vidi te.
Et ad rē q̄ dē reſpiciēs geſtã: recordatꝰ eſt nathanael ſe fuiſ-
ſe ſub ficu: vbi nõ erat xp̄s. Nõ autē ibi erat ꝑſentia corꝑali.
Sciētia vero ſpiritali vbi nõ eſt? Et quõ ſciebat ſe ſolū fuiſſe
Joh.j. ſub ficu: vbi dñs chriſtꝰ nõ erat: dixit ei. [Cū eſſes ſub arbo-
re ficus vidi te.] Et agnouit in illo diuinitatē: ⁊ exclamauit.
[Tu es rex iſrael. Dñs ait. Quia dixi: vidi te cū eſſes ſub ar-
bore ficus idē miraris: maiora horū videbis.] Que ſunt iſta
maiora? [Et dixit. Videbis celū apertū: ⁊ angelos dei aſcē
dentes ⁊ deſcēdentes ſup filiū hoīs.] Recolamus veterē hi-
Geñ. ſtoriã cõſcriptã in libro ſancto: id eſt in geneſi. Qñ iacob ob-
xxviij. dormiuit lapidē ad caput poſuit: ⁊ in ſomnis vidit ſcalã a ter
ra pertingentē vſq̄ ad celū: et dñs incūbebat ſup eam. Ange
li aūt aſcēdebãt ⁊ deſcēdebãt per eã. Hoc vidit iacob. Som-
niū hoīs nõ ſcriberet: niſi magnū in illo aliq̄d figuraret. De-
niq̄ ipſe iacob q̄ intellexit q̄d viderit: poſuit ibi lapidē ⁊ per
fudit oleo. Nã agnoſcitis chriſma: agnoſcite ⁊ xp̄m. Ipſe eſt
Pſ.cxvij enī lapis quē reprobauerūt edificãtes: ipſe factꝰ eſt in caput
Mat.xxj. anguli. Ipſe eſt lapis de q̄ ipſe dixit. Quicūq̄ offenderit in
lapidē illū: cõquaſſabit: ſup quē vero venerit lapis ille: cõte-
ret eum. Offendit in iacentē: veniet autē ſup eum. Cū aūt ve-
nerit de alto iudicare viuos ⁊ mortuos: ve iudeis: q̄ cū iace
Joh.ix. ret hūiliter xp̄s: offenderūt in eū. Nõ eſt dicūt hõ iſte a deo:
Mar.xv. qui ſoluit ſabbatū. Si filiꝰ dei eſt deſcēdat de cruce. Inſane:
iacet lapis: et iõ rides. Sed cū rides: cecus es. Cū cecus es:
offendis. Cū offendis: conquaſſaris. Cū quaſſatꝰ fueris illo
mõ iacēte: poſtea veniēte deſup ꝯtereris. Ergo vnxit lapidē
B iacob. Nūquid idolū fecit? Significauit: nõ adorauit. Mo-
do autē iſtū nathanaelē attēdite: per cuiꝰ occaſionē dñs ie-
ſus exponere nobis voluit viſionē iacob. Noſtis q̄ in ſchola
xp̄i eruditi eſtis: iacob ipm eē et iſrael. Duo ſunt noīa: nã hõ
Geñ.xxv. vnꝰ fuit. Primū nomē iacob qñ natꝰ eſt accepit: qđ iterpre-
tatur ſupplãtator. Qñ autē illi gemini nati ſunt: prior natꝰ ē
frater eſau: ⁊ iuenta eſt manꝰ illius minoris: maioris ī pede.
xvj. de Ci- Tenebat pedē fratri ſuo ꝑcedēti naſcēdo: poſtea ⁊ ipſe ſecu-
ui dei.ca. tus eſt: et ꝓpter h̄ factū: q̄ plantã tenuit fratri ſuo appellatꝰ
xxxix. eſt iacob.i. ſupplãtator. Poſtea vo cū rediret de meſopota-
Geñ.xxxij mia: luctatꝰ eſt cū eo angelus ī via. Que virtꝰ cõpari põt an-
geli et hoīs? Ergo myſteriū eſt: q̄ ſacramētū eſt: ergo ꝓphe-
tia eſt: q̄ figura eſt: ergo itelligamꝰ. Videte enī etiã luctami
nis modū. Magna ſignificatio: vt ꝑualuiſſet hõ angelo. Te-
nuit illū: tñ ipſe hõ eū quē vicerat tenuit. Et ait illi. Nõ te di-
mittã: niſi bñdixeris mihi. Qñ victor a victo bñdicebat: xp̄s
figurabat. Angelus q̄ ille q̄ intelligit dñs ieſus: ait ad iacob
Iam nõ vocaberis iacob: ſꝫ erit nomē tuū iſrael: qđ eſt inter
pretatū: vidēs deū. Deinde tetigit neruū femoris eiꝰ: id eſt
latitudinē femoris ⁊ aruit ei: ⁊ factꝰ eſt claudꝰ iacob. Ipſe ē
ille victꝰ. Tãtum potuit victꝰ vt femur tãgeret: et claudū fa-
ceret. Ergo ſi volēs victꝰ eſt. Poteſtatē enī habuit ponēdi
Johã.x. virtutē ſuã: et poteſtatē habuit aſſumēdi eã: nõ iraſcit victꝰ:
qui nõ iraſcit crucifixus. Nã et bñdixit eū dicēs. Non voca
beris iacob: ſed iſrael. Tūc ſupplãtator factꝰ eſt: vidēs deū.
Et tetigit ſicut dixi: femur eius: et fecit eū claudicare. Attē-
de in iacob populū iudeorū in illa milia ſequētium ⁊ ꝑceden-
tiū iumētū dñi: qui iuncti aplīs adorabãt dñm ⁊ clamabãt.
Mar.xxj Oſanna filio dauid: bñdictꝰ q̄ venit in noīe dñi. Ecce iacob
benedictꝰ. Iam claudus in eis remãſit: quõ iudei ſunt. La-
titudo enī femoris: ſignificat multitudinē generis. De q̄bꝰ
pſalmus: cū gētes credituras ꝓpheraſſet dicēs. Populus Pſ.xvij.
quē nõ cognoui ſeruiuit mihi: ī auditu auris obediuit mihi.
Nõ ibi fui et auditꝰ ſum: affui ⁊ occiſus ſū. Ppl's quē nõ co-
gnoui ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Igit fi-
des ex auditu: auditꝰ autē ꝑ verbū xp̄i. Et ſequit. Filij alie- Rom.x.
ni mētiti ſunt mihi: de iudeis. Filij alieni mentiti ſunt mihi:
filij alieni iueterauerūt: ⁊ claudicauerūt a ſemitis ſuis. Aſſi- C
gnaui vobis iacob: ⁊ bñdictū ⁊ claudū. Verū ex hac occaſio-
ne nõ eſt ꝑtereundū: qđ põt fortaſſe ſua ſpõte vr̃m aliquē cõ-
mouere. Quid ſibi vult qđ cõmutatū eſt nomē abrae aui hu-
ius iacob? Nã et ipſe abrã vocabat prius: et deꝰ mutauit illi
nomē ⁊ dixit. Nõ vocaberis abram ſed abraã. Ex illo nõ ē vo Geñ.xvij.
catꝰ abrã. Querite in ſcripturis: ⁊ videbitis ſuperiꝰ anteq̄ ac
ciperet aliõ nomē: nõ eſt vocatꝰ niſi abrã: poſtea q̄ accepit:
nõ eſt vocatꝰ niſi abraã. Iſte aūt iacob qñ accepit aliud no-
mē: eadē verba audiuit. Nõ vocaberis iacob ſꝫ iſrael. Queri- Geñ.xxxij
te ſcp̄turas ⁊ videte q̄ vtrūq̄ vocatꝰ eſt ſemꝑ: et iacob ⁊ iſrl'.
Accepto alio noīe abraã: nõ aliud ē vocatꝰ niſi abraã. Acce-
pto aūt alio noīe iacob: ⁊ iacob vocatꝰ ē ⁊ iſrl'. Nomē abrae ī
h̄ ſeculo explicãdū fuit. Hic eſt enī factꝰ pr̄ multarū gētiū: vñ
nomē accepit. Nomē autē iſrl' ad alterū ſeculū ꝑtinet: vbi vi-
demꝰ deū. Populꝰ aūt: ppl's xp̄ianꝰ in h̄ tp̄e: ⁊ iacob ē ⁊ iſrl'.
Iacob ī re: iſrael in ſpe. Supplãtator enī fratris dr̄ ppl's mi-
nor ppl'i maioris. Nūquid nos ſupplãtauimꝰ iudeos? Sed
ſupplãtatores dicimur illorū: q̄ nr̄i cã ſunt ſupplantati. Niſi
excecati eſſent: xp̄s nõ crucifigeret. Si xp̄s nõ crucifigeret:
ſanguis ille ꝑcioſus nõ funderet. Si ſanguis ille nõ fundere
tur: orbis terrarū nõ redimeret. Q̄ꝛ q̄ nobis ꝓfecit cecitas il-
lorū: iõ a minore frē maior ſupplãtatꝰ eſt: ⁊ appellatꝰ eſt mi-
nor ſupplãtator. Sꝫ q̄diu h̄? Veniet tēpus: veniet finis ſcl'i:
et credet totꝰ iſrl'. Nõ illi q̄ mõ ſunt: ſed filij ipſorū q̄ tūc erūt.
Nã mõ iſti ꝑ vias ſuas ambulãtes ibūt ad loca ſua: trãſibūt
ad dãnationē ꝑpetuã. Qñ aūt factꝰ fuerit vnꝰ ppl's totꝰ: fiet
illud qđ canimus. Saturabor dū manifeſtabit glr̄ia tua. Dū Pſ.xvj.
venerit ꝓmiſſio q̄ promittit: vt videamꝰ facie ad faciē. Mõ j.Cor.xiij.
videmꝰ ꝑ ſpeculū in enigmate et ex ꝑte: qñ autē vterq̄ ppl's
iã purgatꝰ: iã reſuſcitatꝰ: iã coronatꝰ: iã in imortalē formã et
in icorruptiōē ꝑpetuã ꝯmutatꝰ: videbit deū facie ad faciē:
et iã nõ erit iacob: ſed ſolus erit iſrael: tūc eum in ꝑſona huiꝰ
ſancti nathanael videbit dñs et dicet. Ecce vir iſraelita in q̄ Joh.j.
dolus non eſt. Quando audis. Ecce vir iſraelita: veniat tibi D
in mentē iſrael. Cū venerit in mentē tibi iſrael: veniat tibi in
mentē ſomniū illiꝰ: in quo ſomnio ſcalã vidit a terra vſq̄ ad Ge.xxviij
celū: deū ſup incūbentē: angelos dei aſcēdētes ⁊ deſcēdētes.
Hoc ſōniū vidit iacob. Poſt hoc aūt appellatꝰ eſt iſrl': id eſt
poſt paululū veniēs de meſopotamia ⁊ agēs iter. Si q̄ iacob
vidit ſcalã: q̄ eſt ⁊ iſrl' appellatꝰ. Eſt aūt et nathanael iſte ve- Joh.j.
re iſraelita in q̄ dolꝰ nõ eſt. Iõ cū miratꝰ eſſet q̄ dixit ei dñs.
Sub arbore fici vidi te: dixit ei. Maius his videbis. Et itē
dixit ſomniū iacob. Cui dixit? Ei quē appellauit iſraelitã: ī
quo dolꝰ non eſt. Quaſi q̄ diceret. Cuiꝰ noīe te appellaui: ip-
ſius ſōniū in te apparebit: noli feſtinare mirari: maiora horū
videbis. Videbis celū aptū: ⁊ ãgelos dei aſcēdētes ⁊ deſcē-
dētes ad filiū hoīs. Ecce q̄d vidit iacob. Ecce q̄re ꝑfudit la-
pidē oleo iacob. Ecce q̄re xp̄m ꝓphetã ſignificauit: et figu-
rauit iacob. Illud enī factū ꝓphetia erat. Nūc q̄d expectetis
noui: q̄d a me velitis audire itelligo. Dicã: ⁊ hoc breuiter: vt
dñs donat. Aſcēdentes et deſcēdētes angelos ad filiū hoīs.
Quõ ſi deſcēdūt ad illū hic ē: ſi aſcēdūt ad illū ſurſū eſt? Si
aūt ad illū aſcēdūt: ad illū deſcēdūt: ⁊ ſurſū eſt: ⁊ h̄ eſt. Nullo
pacto fieri põt vt ad illū aſcēdãt: ⁊ ad illū deſcēdãt: niſi ⁊ ibi
ſit q̄ aſcēdūt: ⁊ hic ſit q̄ deſcēdūt. Quõ ꝓbamꝰ ⁊ illic eū eſſe: ⁊
hic eū eē? Rñdeat nobis paulus: q̄ ꝑmo ſaulus. Exꝑtus ē il-
lud ipe qñ priꝰ erat ꝑſecutor: ⁊ poſtea factꝰ ē ꝑdicator. Priꝰ
iacob poſtea iſrl'. Qui erat ⁊ ipſe de gñe iſrael: de tribu bēia- Phil.iij.
min erat. In illo videamꝰ xp̄m ſurſum: xp̄m deorſum. Prio Actuū.ix.
ipſa dñi vox de celo h̄ oſtēdit. Saule ſaule q̄d me ꝑſequeris?
Nūquid paulus in celū aſcēderat? Nūquid paulus lapidē
ſaltē in celū miſerat? Chriſtianos ꝑſequebat: ipſos ligabat:
ipſos occidēdos trahebat: ipſos vbiq̄ latentes q̄rebat: ipſis
inuētis nulla rõne pepcit. Cui ait dñs xp̄s. Saule ſaule. Vñ
clamat? De celo. Ergo ſurſū eſt. Quid me ꝑſequeris? Ergo

deoꝛſuz eſt. Oīa et ſi breuiter vt potui expoſui charitati vr̄e.
Erogaui quod ad me pertinet: quod autez ad vos pertinet:
pauperes cogitate. Conuerſi.

## ¶ De cōuerſione aque in vinum. In euangelio ſm̄ eundē. Sermo.xlj. In quo principaliter ſuperbiam deteſtatur.

A Citis fratres. In chriſtū eni credētes didiciſtis:
et aſſidue etiā nos miniſterio nr̄o cōmendauimꝰ
vobis: qꝛ medicina tumoꝛis hoīs: hūilitas ē xp̄i.
Eccl.x. Nō eni periſſet hō: niſi ſupbiā ſuſcepiſſet. Initiū
eni (ſicut dicit ſcriptura) oīs peccati ſupbia. Cōtra iītia pec
cati: initiū iuſticie neceſſariū fuit. Si ergo oīs pc̄ti ſuperbia
initiū: vn̄ ſanaret̄ tumoꝛ ſupbie: niſi deꝰ dignaret̄ hūilis fie-
ri? Erubeſcat hō eſſe ſupbus: qm̄ factꝰ eſt humilis deus. Nā
qn̄ dicit̄ homini vt humiliet ſe: dedignatur: ⁊ vt velint hoīes
vindicari qn̄ ledunt̄: ſupbia facit. Cuz humiliari dedignant̄
vindicari volūt: qſi pena cuiuſq; ꝓdeſſe poſſit aliena. Ieſus ⁊
iniuriā paſſus: vīdicari vult: de aliena pena ſibi q̄rit medica
mentū: et acq̄rit grāde toꝛmētū. Ideo in oībus dn̄s xp̄s hu-
Joh.ij. miliari dignatꝰ eſt: p̄bēs nobis viā: ſi tn̄ dignemur ambula-
re per eā. Ecce inter cetera filiꝰ virginis venit ad nuptias: q
Gen.ij. cū apud patrē eſſet inſtituit nuptias. Quō facta ē prima mu-
lier ꝑ quā venit pc̄tm̄ de viro ſine femina: ſic vir per quē dele
tuz eſt pc̄tm̄ de femina ſine viro. Per illū ruimꝰ: per hūc ſur
gimus. Et q̄d in ipſis nuptijs fecit? De aqua vinū. Quid po
tentiꝰ? Qui poterat talia facere: dignatꝰ eſt īdigere. Qui fe-
cit de aqua vinū: potuit facere ⁊ de lapidibꝰ panē. Eadē po-
tentia erat. Sed tūc diabolus tētauit: iō xp̄s nō fecit. Scitꝭ
eni qꝛ quādo tētatꝰ eſt dn̄s xp̄s: ħ ei ſuggeſſit diabolus. Eſu
riuit eni: qꝛ ⁊ hoc dignatꝰ eſt: qꝛ et ħ ad humilitatē pertinuit.
Eſuriuit panis ſicut deficit via: ſicut vulnerata ē ſanitas: ſi-
cut moꝛtua ē vita. Cū ergo eſuriret vt noſtis: ait illi tentatoꝛ.
Mat.iiij. Si filiꝰ dei es: dic lapidibꝰ iſtis vt panes fiāt. Et rn̄dit tēta-
toꝛi: docens te reſpōdere tētatoꝛi. Ad ħ eni pugnat īperatoꝛ
vt milites diſcāt. Quid reſpondit? Nō in ſolo pane viuit hō:
ſed in omni v̄bo dei. Et nō fecit de lapidibꝰ panes: q vtiq; ſic
potuit facere ſicut de aq̄ vinū. Eiuſdē eni potētie ē facere de
lapide panē: ſed nō fecit vt volūtatē ꝯtēneret tētatoꝛis. Ali-
ter eni tētatoꝛ nō vincit̄ niſi contēnat̄. Et cū viciſſet diabolū
tentatoꝛē: venerūt angeli ⁊ miniſtrabāt ei. Qui ergo tm̄ pote-
rat: q̄re illud nō fecit: ⁊ hoc fecit? Lege īmo recole: quō audi
ſti qn̄ fecit ħ: id eſt de aqua vinū: Quid addidit euāgeliſta?
Joh.ij. Et crediderūt in eū diſcipuli eiꝰ. Nūquid tūc diabolus fue
rat creditꝰ? Qui ergo tāta potuit: eſuriuit: ſitiuit: fatigatꝰ
eſt: dormiuit: cōpꝛehēſus eſt: ceſus eſt: crucifixus ē: occiſus
eſt. Iſta eſt via. Ambula ꝑ humilitatē vt venias ad eternita-
tem. Deus xp̄s: patria eſt q̄ imus: hō xp̄s via ē qua imus: ad
illū imus: ꝑ illū imus. Quid timemꝰ ne erremus? Nō receſ-
ſit a patre: ⁊ venit ad nos. Vbera ſugebat: ⁊ mūdū ꝯtinebat.
Luce.ij. In p̄ſepi iacebat: angelos paſcebat. Deus et hō: idē deꝰ qui
hō: idē hō qui deꝰ. Sed nō vnde hō: inde deus: qꝛ verbū hō:
Joh.j. qꝛ verbū caro factū eſt: ⁊ deꝰ manēdo: et hoīs carnē aſſumē-
do: addēdo qđ nō erat: nō perdēdo qđ erat. Ergo et mō iam
paſſus ꝑ ipſaz hūilitatē: iā moꝛtuus: iā ſepultꝰ: iā reſurrexit:
B iam aſcēdit ī celū: ibi eſt ⁊ ſedet ad dexterā patris: ſed hic eſt
egēs in pauperibꝰ ſuis. Etiā heſterno die ħ cōmēdaui cha-
vbi ſupra ritati vr̄e: ꝓpter illud qđ dixit nathanaeli. Maius his vide-
bis. Dico autē vobis: videbitꝭ celū aptū: ⁊ angelos dei aſcē-
dentes ⁊ deſcēdētes ad filiū hoīs. Queſiuimꝰ quid eēt: ⁊ diu
locuti ſumꝰ. Nūquid ⁊ eadē hodie replicare debemus? Qui
affuerūt recoꝛdent̄. Breuiter tn̄ cōmemoꝛo. Nō diceret aſcē
dentes ad filiū hoīs niſi ſurſuz eēt: nō diceret deſcēdētes ni-
ſi deoꝛſū eſſet. Ipſe ſurſū. ipſe deoꝛſum. Surſuz in ſe: deoꝛſū
in ſuis. Surſū apud patrē: deoꝛſū in nobis. Vn̄ ⁊ vox illa ad
Actuū.ix. ſaulū. Saule ſaule q̄d me ꝑſequeris? Nō diceret. Saule ſau-
le: niſi qꝛ ſurſum erat. Surſū eū ſaulus nō ꝑſequebat̄. Nō di-
ceret q̄d me ꝑſequerꝭ: qꝛ ſurſū erat: niſi eēt ⁊ deoꝛſū. Timete
xp̄m ſurſum: agnoſcite deoꝛſū. Habe xp̄m ſurſum largientē:
hic agnoſce īdigentē. Hic paup eſt: ibi diues ē. Qꝛ hic pau-
Mat.xxv. per eſt xp̄s: ꝓ nobis: ipſe loquit̄. Eſuriui: ſitiui: nudꝰ fui: ho-
ſpes fui: ī carcere fui: ⁊ q̄buſdā dixit: miniſtraſtis mihi: q̄buſ
daz dixit: nō mihi miſtraſtis. Ecce ꝓbauimꝰ xp̄m pauperē:
xp̄m diuitē: q̄s neſcit? Et ħ ad ipſas diuitias ꝑtinebat: aquā

in vinū vertere. Si diues eſt q habet vinū: q̄lis diues eſt qui
facit vinū? Ergo diues et paup xp̄s. Tanq; deus diues: tan
q; hō paup. Iam ⁊ ipſe hō diues aſcēdit in celū: ſedet ad de-
xterā patris: adhuc tn̄ hic paup eſurit: ſitit: nudꝰ eſt. Tu q̄d
nobis chriſte: quis te ꝑcuſſit: nō habebat ſpeciem neqꝫ deco
rem. Talē iudei videbatis. Qꝛ cecitas ex parte iſrael facta Rom. xj.
eſt: donec plenitudo gētiū intraret: donec alie oues venirēt
Quia ergo cecitas facta eſt: ideo ſine decore vidiſtiſ. Si enī j. Corint. ij
cognouiſſetis: nūqꝫ dn̄m glorie crucifixiſſetis. Feciſtis aūt
qꝛ nō cognouiſtis. Et tn̄ ille q̄ vos q̄ſi fedos tolerauit: ꝓ vo-
bis formoſus orauit. Pater (inq̄t) ignoſce illis: qꝛ neſciunt Luc. xxiij
q̄d faciūt. Si enī ſine decore: q̄d eſt qd̄ amat iſta q̄ dicit. An Canti. j.
nūcia mihi quē dilexit aīa mea? Quid eſt qd̄ amat? quid eſt
qd̄ ardet? q̄d eſt qd̄ tantuz ne ab illo aberret timet? Quid eſt
qd̄ tantū delectat̄ in ipſo: cui ſola pena eſt ſine ipſo? Quid eſ
ſet vnde amaret̄: niſi formoſus eſſet? Verū quō illa ſic ama-
ret: ſi ille illi ſic appareret: quomodo cecis ꝑſequētibꝰ: et q̄d
faciāt neſcientibꝰ? Qualē ergo illa amauit? Specioſum for Pſ̄. xliiij
ma pre filijs hoīm: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Ergo de
ipſis labijs tuis annūcia mihi quē dilexit aīa mea. Annun- Canti. j.
cia (inq̄t) mihi o quē dilexit nō caro mea: ſed aīa mea. An-
nuncia mihi vbi paſcis: vbi cubas in meridie: ne forte fiam
ſicut operta ſup greges ſodaliū tuorū. Obſcurū videt̄. Ob- D
ſcurū ſanctuariū thalami ſacri myſteriū eſt. Ipſa enī dicit.
Introduxit me rex in cubiculuz ſuū. Talis cubiculi hoc ſe-
cretū eſt. Sed vos qui ab iſto cubiculo ꝓfani non eſtis: audi
te qd̄ eſtis: ⁊ dicite cū illa: ſi amatis cū illa. Amatis aūt cum
illa: ſi eſtis in illa. Dicite oēs et tn̄ vna dicat: qꝛ vnitas dicit.
Annūcia mihi quē dilexit anima mea. Erat enī illis in deū Act. iiij.
vna aīa et cor vnū. Annuncia mihi vbi paſcis: vbi cubas in
meridie. Quid ſignificat meridies? Magnum feruorē: ma
gnūqꝫ ſplendorē. Ergo notū fac mihi qui ſint ſapiētes tui.
Spiritu feruentes et doctrina fulgentes. Dexterā tuā notā Pſ̄. lxxxix.
fac mihi: et eruditos corde in ſapiētia. Ipſis inhereā in cor
pore tuo: ipſis ſocier: cū ipſis te fruar. Dic mihi. Ergo an-
nuncia mihi vbi paſcas: vbi cubes in meridie: ne incurrā in
eos q̄ alia de te dicunt. Aliud dicūt: aliud de te ſentiūt. Alia
de te credūt: alia de te predicāt. Et greges ſuos habēt: ⁊ ſo-
dales tui ſunt: qꝛ de tua mēſa viuūt: et menſe tue ſacramenta
detractāt. Sodales enim dicti ſunt ꝙ ſimul edant: q̄ſi ſimul
edales. Tales exprobrant̄ in pſalmo. Si enī inimicꝰ ſuper Pſ̄. liiij.
me magna locutꝰ fuiſſet: abſcondiſſem me vtiqꝫ ab eo. Et ſi
hic q̄ oderat me ſup me magna locutꝰ fuiſſet: abſconderem
me vtiqꝫ ab eo. Tu vero vnanimis meꝰ: dux meꝰ: notꝰ meꝰ.
Qui ſimul mecū dulces capiebas cibos: in domo dei ambu
lauimꝰ cū cōſenſu. Quare ꝯtra domū dn̄i modo cū diſſenſu:
niſi qꝛ ex nobis exierūt: ſed nō erāt ex nobis? Ideo o tu quē j. Joh. ij.
dilexit aīa mea: ne in tales incidam ſodales tuos: ſed q̄les
fuerūt ſodales ſamſon nō ſeruātes amico fidē: volētes eius
corrūpere vxorē. Ergo ne in tales incurrā: ne fiam ſup eos
id eſt incidā in eos: velut operta: velut latēs et obſcura: non
velut in mōte ꝯſtituta. Annūcia ergo mihi o quē dilexit aīa Canti. j.
mea: vbi paſcis: vbi cubas in meridie: q̄ ſint ſapiētes ⁊ fide
les in q̄bus maxime requieſcis: ne forte ſicut latens incurram
in greges nō tuos: ſed ſodaliū tuorū. Nā tu petro nō dixiſti Joh. xxi.
Paſce oues tuas: ſed paſce oues meas. Reſpōdeat ergo ama-
te huic paſtor bonꝰ: ⁊ ſpecioſus forma pre filijs hoīm: reſpō
deat ei quā formoſam fecit ex filijs hoīm. Audite q̄d reſpon
deat: intelligite: cauete qd̄ terret: amate qd̄ monet. Quid er-
go reſpōdit? Quā nō blāde: ſed blādicijs ſeueritatē reddit.
Corripit vt cōſtringat: vt ſeruet. Niſi cognoueris temetip- Canti. j.
ſam (inquit) o pulchra iter mulieres. Mūlibet enī ſint alie
pulchre donis viri tui hereſes ſūt: ornatu nō viſceribꝰ pul-
chre ſunt: foris extrinſecꝰ nitent: noīe iuſtitie ſe dealbāt: oīs
autē pulchritudo filie regis intrinſecus. Niſi ergo cognoueris
temetipſam qꝛ vna es: qꝛ ꝑ oēs gētes es: qꝛ caſta es: qꝛ collo
quio ꝑuerſo malorū ſodaliū corrūpi nō debes. Niſi cogno-
ueris temetipſam: qꝛ recte mihi deſpōſauit ille ꝟginē caſtā ij. Cor. xj.
exhibere xp̄o: recteqꝫ mihi teipſam exhibeas: ne malis col-
loquijs ſicut ſerpens euā ſeduxit aſtutia ſua: ſic et tui ſenſus
corrūpant̄ a caſtitate mea. Niſi ergo talē cognoueris temet
ipſam: exi. Tu exi. Alijs enī dicturus ſum. Intra in gaudiū Mat. xxv.
dn̄i tui. Tibi nō dicā: itra ſed exi: vt ſis inter eos q̄ ex nobis
exierūt: exi tu. Sed niſi cognoueris temetipſam tūc exi. Si
autē cognoueris temetipſam: itra. Si aūt non cognoueris:
exi tu in veſtigijs gregū: et paſce hedos tuos in tabernacu-
lis paſtorū. Exi in veſtigijs non gregis ſed gregū: et paſce
non ſicut petrus oues meas: ſed hedos tuos ī tabernaculis

non paſtoris ſed paſtorū: non vnitatis ſed diſſentionis. Nō
ibi poſita vbi eſt vnus grex ⁊ vnus paſtor. Cōfirmata ē: edi=
ficata eſt: amata fortior eſt facta: parata mori ꝓ viro: et vi=
E uere cū viro. Hec verba q̄ cōmemorauimus de ſanctis can=
ticis canticorū: de ſponſi et ſponſe epithalamio quodā: ſpiri
tales enī nuptie ſunt in quibus nobis magna caſtitate viuē=
dum eſt: quia eccleſie ꝯceſſit xp̄s in ſpū: qđ mater eiꝰ habuit
in corpore: vt ⁊ mater et virgo ſit. Hec vero verba donatiſte
accipiūt ad ſenſum ſuū ꝑuerſum multo aliter. Et quēadmo=
dū non tacebo: et quid eis reſpondeatis: adiuuante domino
quātū potero breuiter admonebo. Cū eos vrgere ceperimꝰ
luce vnitatis eccleſie diffuſe toto orbe terrarū ⁊ popoſcerimꝰ
vt oſtendant ipſi de ſcripturis aliquod teſtimoniū vbi deus
predixit in africa futurā eccleſiā quaſi perditis ceteris gen=
tibus: hoc ſolent teſtimoniū in ore habere et dicere. Africa ī
meridie eſt. Interrogans ergo inquiūt eccleſia dn̄m vbi pa
ſcat: vbi cubet: reſpōdet ille in meridie: vt quaſi vox interro=
Canti.j. gantis ſit. Annuncia mihi quē dilexit aīa mea. Ubi paſcis?
Ubi cubas? Et vox quaſi reſpōdentis. In meridie: hoc eſt
in africa. Si ergo q̄ interrogat eccleſia eſt: et dn̄s vbi paſcat
reſpondet: in africa: quia in africa erat: eccleſia que interro=
gat nō erat in africa. Annuncia inquit michi quē dilexit aīa
mea: vbi paſcis: vbi cubas: et reſpōdit ille cuidā eccleſie pre
ter africā. In africa cubo: in africa paſco: quaſi te nō paſco.
Porro ſi q̄ interrogat: eccleſia eſt: quod nullus ambigit: qđ
nec ipſi cōtradicūt: ⁊ audiūt neſcio qđ de africa: hec ergo q̄
interrogat preter africā: ⁊ q2 eccleſia eſt: eſt preter africā ec=
cleſia. Ecce accipio in meridie eſſe africā: q̄ꝫ magis in me
ridie ſub ſole medij diei egyptꝰ q̄ꝫ africa. Illic aūt ī egypto
quomodo paſtor eſt iſte: q̄ norunt agnoſcunt. Qui non norūt
reqrant q̄ꝫ magnū illic gregē colligat: quantā numeroſitatē
ſanctorū atq̄ ſanctarū habeat cōtēnentiū penitus mundum
Grex ille tantū creuit vt etiā inde ſuperſtitiones expulerit.
Ut ergo omittā quō inde omnē idolorū ſuperſtitionē q̄ illic
valida fuerat credēdo fugauerit: accipio quod dicitis o ſo=
dales mali: accipio prorſus: aſſentio africā in meridie eſſe: ⁊
africā ſignificatā in eo quod dictū ē. Ubi paſcis: vbi cubas
in meridie. Sed et vos equitatē attendite: adhuc iſta verba
ſponſe eſſe nondū ſponſi. Adhuc ſpōſa dicit. Annuncia mihi
quē dilexit aīa mea: vbi paſcis: vbi cubas in meridie: ne for
te ſicut opta fiam. Surde: ecce: ſi in meridie vides africam:
quare in opertā non intelligis feminā? Annuncia mihi: dic
quem dilexit aīa mea. Utiq̄ virū alloquitur cū dilexit: quō
ſi diceret. Annūcia mihi quē dilexit aīa mea: intelligeremꝰ
ſpōſum hec loqui ad ſponſam. Sic cū audis. Annūcia mihi
quē dilexit aīa mea: vbi paſcis: vbi cubas: illuc adde: ad B
huius verba ptinent: ⁊ q̄ ſequunť in meridie: Quero vbi pa=
ſcas in meridie ne forte fiam ſicut opta ſup greges ſodalium
tuorū. Audio prorſus accipio de africa qđ intelligis: ī meri=
die ipſa ſignificata eſt. Sz eccleſia xp̄i ſicut intelligis tranſ=
marina alloquiť ſponſum ſuū: timēs errorē incidere africa=
num. O quē dilexit aīa mea: annūcia mihi: doce me. Audio
enim ī meridie: id eſt in africa duas eſſe ptes: immo multas
cōciſiones. Annūcia ergo mihi vbi paſcis: q̄ oues ad te per=
tinēt: quod ouile illic me iubes amare: cui me debeo ſociare
ne forte fiam velut opta. Illudūt enim q̄ſi latēti: inſultāt q̄ſi
ꝑdite: q̄ſi nuſq̄ alibi exiſtēti. Ne ergo q̄ſi opta: q̄ſi latens fiā
ſup greges ſodaliū tuorū donatiſtarū: maximianiſtarū: roga=
tiſtarū: ceterarūq̄ peſtiū extra colligētiū ⁊ ideo ſpargentiū
rogo te: annūcia mihi ſi illic paſtorē meū reqrā: vt nō in gur
gitē rebaptizatiōis incurrā. Hortor vos: obſecro vos ꝑ ſan=
ctitatē taliū nuptiarū: amate hāc eccleſiā: eſtote ī tali eccl'ia
eſtote talis eccleſia: amate paſtorē bonū virum tā pulchrū:
neminē fallentē: neminē perire cupiētē. Orate ⁊ ꝓ diſperſis
ouibus: veniant et ipſi: cognoſcant et ipſi: ament vt ſit vnus
grex: et vnus paſtor. Conuerſi.

## ¶ De eo quod ſcriptū ē in euāgelio ſcđm Johānē Ego et pater vnū ſumus. Sermo. lj. In quo de comparatione filij ad patrem plura interſerit.

A Dominus deus ieſus filius dei vnicꝰ: natꝰ de deo
patre ſine aliq̄ matre: ⁊ natus de virgine ſine hoīe
Joh.x. pr̄e: audiſtis qđ dixerit. [Ego ⁊ pater vnū ſumꝰ.]
Sic accipite: ſic credite: vt mereamini ītelligere.
Fides enim debet precedere intellectū: vt ſit intellectꝰ fidei
premiū. Propheta enī aptiſſime dixit. Niſi enī credideritiſ Eſa.vij.
nō intelligetis. Quod ergo ſimpliciter ꝑdicať credendū eſt
qđ ſubtiliter diſputať intelligēdū. Primitꝰ ğ ad imbuēdas
veſtras mētes ꝑ fidē: predicamꝰ vobis xp̄m dei patris vni=
cū. Quare addiť vnicū? Quia cuius eſt vnicꝰ: multos filios
habet gr̄a. Ceteri ergo oēs filij ſancti ſunt gr̄a: ſolus ille na=
tura. Qui gratia filij ſunt: non ſunt quod pater. Deniq̄ nullꝰ
ſanctorū auſus eſt dicere: qđ ille vnicus ait. [Ego et pať vnū
ſumus.] Nunq̄d nō pater eſt et noſter? Si nō eſt pater noſter
quō dicimus orātes. Pater noſter qui es in celis? Sed nos Mat.vj.
filij ſumus quos voluntate ſua filios fecit: nō ex natura ſua
filios genuit. Genuit quidē et nos: ſed quomō d2 adoptatos
adoptante generatos: bn̄ficio nō natura. Deniq̄ ⁊ hoc dicti
ſumꝰ: q2 vocauit nos deus in adoptionē filiorū. Hoīes ado=
ptati ſumus. Ille d2 vnicus: vnigenitus: q2 hoc eſt qđ pater:
nos aūt homines ſumus: deus eſt pater. Quia ergo ille hoc
eſt quod pater: dixit et verum dixit. Ego et pater vnum ſu=
mus. Quid eſt: vnum ſumus? vnius nature ſumus. Quid eſt
vnum ſumus? Unius ſubſtantie ſumus. Forte minus intel=
ligitis. Quid eſt vnius ſubſtantie? Laboremus vt intelli=
gatis: adiuuet deus: et me loquentem ⁊ vos audientes. Me
vt ea dicam q̄ vera ſunt ⁊ apta ſunt vobis: vos autē ante oīa
et precipue vt credatis: deinde vt quō poteſtis intelligatis.
Quid eſt ergo vnius ſubſtātie? Similitudines vobis adhi=
beam: vt quod minus intelligitur: exēplo clareſcat. Ut puta
aurū eſt deus: aurū et filius eiꝰ. De terrenis ſi ad celeſtia nō
ſunt dande ſimilitudines: quō ſcriptū eſt. Petra erat xp̄s? j.Cor.x.
Ergo quicquid eſt pater: hoc eſt et filius. Sicut dixi: verbi
gratia: aurū eſt pater: aurū eſt filius. Nam qui dicit: non eſt
ipſius ſubſtātie filius cuius pater: argentū eſt filius. Si au=
rum eſt pater: argentū eſt filius: degenerauit a patre vnicus
filius. Homo hoiem generat. Cuius ſubſtātie eſt pater qui
generat: ipſius ſubſtātie eſt filius q̄ generatur. Quid eſt ip=
ſius ſubſtantie? Homo eſt ille: homo et ille. Aīam habet ille
aīam ⁊ ille. Carnē habet ille: carnē ⁊ ille. Quod eſt ille: hoc ⁊ B
ille. Sed reſpōdet mihi ⁊ dicit hereſis arriana. Quid mihi
dicit? Attende qđ dixiſti. Quid dixi. Quia filius hoīs cōpa
randus eſt filio dei. Plane cōparandus: ſed nō vt putas ad
ꝓprietatē ſed ad ſimilitudinē. Tu aūt quid vis hic facere?
Dic. Non vides dicit: q2 maior eſt pater q̄ genuit: et minor ē
filius qui generatꝰ eſt. Quō ergo vos dicitis? Dicite mihi.
Quomodo ergo vos dicitis q2 equales ſunt pater et filius:
deus et xp̄s: cū videatis q2 homo q̄n generat filium: minor
eſt filius et maior eſt pater? Homo ſapiens in eternitate tē=
pora inquiris: vbi non ſunt tp̄a queris etates. Quādo maior
eſt pater minor eſt filius: ambo temporales ſūt. Ille ſeneſcit
quia ille creſcit. Nam per naturam homo pater: per naturā
(vt dixi) nō genuit minorē: ſed ꝑ etatē. Uis noſſe: quia per
naturam nō genuit minorem? Expecta: creſcat et patri erit
equalis. Puer enim paruus vel creſcendo peruenit ad ma=
gnitudinē patris ſui. Tu aūt ſic dicis minorē dei filiū natū
vt nunq̄ creſcat et ad ſui patris magnitudinem vel creſcēdo
perueniat. Jam ergo filius hominis natus ex homine: me=
liore cōditione natus eſt q̄ꝫ filius dei. Quomodo? Quia ipſe
creſcit ⁊ ꝑuenit ad magnitudinē prīs ſui. Chriſtus aūt ſicut
dicitis ideo minoratus eſt vt remaneat minor: et non ſit ex=
pectādus ſaltem etatis acceſſu. Sic ergo dicis. Que eſt ī na
tura diuerſitas? Sed quare hoc dicis: niſi q2 nō vis eiuſdē
ſubſtantie credere filiū: cuius ſubſtātie ē pater? Poſtremo
prius cōfitere ipſius ſubſtātie: et dic minorē. Attēde hoīem
homo eſt. Que eſt ſubſtantia eius? Homo eſt. Etas diſpar ē
equalis natura eſt. Dic ⁊ tu. Quod eſt pater: hoc eſt filius: ſz
minor eſt filius. Dic: fac gradū. dic eiuſdē ſubſtantie: ſz mi=
norem: et peruenis ad equalē. Non enim parū accedis: non
parum propinquas veritati: q2 confiteris equalē: ſi eiuſdē
ſubſtātie ꝯfeſſus fueris et minorē. Si nō ē eiuſdē ſubſtantie
hoc dicis: aurū eſt ⁊ argētū. Ergo q2 hoc dicis: aurū eſt ⁊ ar
gentū: tale ē qđ dicis: q̄le ſi hō generaret equū. Alterꝰ eniz
ſubſtantie ē hō: alterius equus. Si ergo filius alterꝰ ſubſtā
tie ē q̄ꝫ pater: mōſtrū generauit pater. Qñ enī creatura: id eſt
mulier parit qđ nō eſt hō: monſtrū d2. Ut aūt nō ſit monſtrū
hoc ē q̄ natus ē qđ eſt ille q̄ genuit: id eſt hō ⁊ hō: equꝰ ⁊ equꝰ
columba ⁊ colūba: paſſer et paſſer. Creaturis ſuis dedit deꝰ:

creaturis mortalibus terrenis dedit: donauit vt hoc qḋ ſūt
generent: et putas quia hoc ſibi non potuit ipſe ſeruare q̄ eſt
ante ſecula: q̄non habet initiū tēporis: vt q̄ generaret filium
non hoc qḋ ipſe eſt: generaret degenerē? Audi et q̄uāta blaſ-
phemia ſit dicere: vnicū dei filiū: eē alteriꝰ ſubſtātie. Pror-
E ſus ſi ita eſt: degener eſt. Si dicas alicui filio hoīs degener:
quanta iniuria eſt? Et quō dr̄ filius hominis degener? Ut
puta pater ipſius fortis eſt: ille timidꝰ et ignauus. Quicūqꝫ
illū viderit: et vult corripere: attēdens patrē ipſius virū for
tem: quid ei dicit. Porro vade degener. Quid eſt degener?
Fortis vir fuit pater tuus: ⁊ tu timorē cōtremiſcis. Ille cui
hoc dr̄: vitio degener eſt: natura parē. Quid ē natura par ē?
Homo ē: qḋ eſt ⁊ pater ipſiꝰ. Sed ille fortis: ille ignauꝰ: ille
audax: ille timidus: tñ hō et hō. Uitio ergo degener ē: nō na
tura. Tu q̄n dicis vnicū filiū: vnū patris filiū degenerem eē
nō aliud dicis: niſi q̄ non hoc eſt qḋ pater: etiā non natꝰ de-
gener factus eſt dicis: ſed generatꝰ ē. Iſtam blaſphemiā q̄s
ferat? Qualibuſcunqꝫ oculis: ſi iſtā blaſphemiā videre poſ-
ſint: fugerēt eā: ⁊ catholici fierēt. Sed q̄d dicā fratres? Non
eis iraſcamur: ſed ꝓ eis oremus vt det dñs eis intellectū: q̄
forte hoc nati ſunt. Quid ē hoc nati ſunt? Hoc acceperunt a
parētibus ſuis qḋ tenēt. Preponūt genus veritati: fiant qḋ
non ſunt: vt poſſint ſeruare qḋ ſunt: hoc eſt fiant catholici vt
poſſint ſeruare qḋ hoīes ſunt: vt nō in illis pereat dei creatu
ra: accedit dei grā. Putant enī: q̄ patrē honorāt ꝑ cōtume-
liā filij. Q̄n illi dixeris: blaſphemas. Reſpōdet. Quare blaſ
phemo? Q̄ dicis filiū non hoc eſſe qḋ pater eſt. Et ille mihi
Immo tu blaſphemas. Quare? Quia equare vis patri filiū
Equare volo patri filiū: nunq̄d extraneū? Gaudet pater: q̄n
illi equo filiū vnicū. Gaudet: q̄ nō inuidet. Et deus q̄ filio
vnico nō inuidet: iō quod ipſe ē hoc generauit. Tu et filio fa-
cis iniuriā: et ipſi patri: in cuiꝰ honorē vis cōtumeliā facere
filio. Certe enī ideo dicis nō eſſe eiuſdē ſubſtantie filium: ne
iniuriā facias patri ipſius. Ego tibi cito oſtēdo: q̄ iniuriā
facis ambobus: Quō inquit? Si dicā filio alicuiꝰ: degener
nō hoc es qḋ pater: audit illḋ filius ⁊ iraſcitur: ⁊ dicit. Ergo
degener natus ſum? Audit illud pater: et plus iraſcit̄. Iratꝰ
aūt q̄d dicit? Ergo ego filiū degenerē ḡnaui? Ergo ſi aliud
ſum: aliud generaui: mōſtrū generaui. Quid ē: q̄ cū vis vni
deferre ꝑ alterius iniuriā: ambobus facis iniuriā? Filium
oſtendis: ſed patrē nō propitiabis. Cū de filij cōtumelia ho-
noras patrē: ⁊ filiū offēdis et patrē. A quo fugis: ad quē con
fugis? Nunq̄d iraſcente tibi patre: fugis ad filiū? Quid tibi
dicit? Ad quē fugis: quē degenerē feciſti? Nunq̄d offenſo fi
lio curris ad patrē? Dicit tibi. Ad quē fugis: quē degenerē
genuiſſe dixiſti? Sufficiat vobis: hec tenete: hoc memorie
cōmendate: hoc in veſtra fide cōſcribite. Hoc aūt vt intelli-
gatis: ad deū patrē et filium: qui vnū ſunt: preces effundite.

## De reſuſcitatione lazari quatriduani. In euāge-lio ſcḋm Johannem. Sermo. lij.

A Iſcet omnes virtutes quas i terris dei filiꝰ maie-
Joh. xj. ſtatem ſuā ꝓditurꝰ impleuit: mirari tñ hoīes va-
leant: vt verbis definire non poſſint: excedit tñ oē
miraculū qḋ xp̄s circa lazaꝝ fecit: cui non egro
reddidit ſanitatē: nec debilitatis lāguore viribus medelam
protinus ꝯbore reſtituit. Non deniqꝫ reliquias aīe adhuc poſ
ſidenti vitā rurſus reddidit: ſed iam ſepulto: iam monumen
tis recōdito: iam legibus legitimis tēporū ſpacijs aſſcripto
inferis inquilino: ab ipſa ſede pallēte: deſtructa eſſet tartara:
mancipiū mortis redire iuſſit ad ſuperos: ⁊ poſt cōcilia ſtri-
dentiū vmbraꝝ: poſt ꝓfundas noctis eterne caligines vitā
ducere: in cōuiuio diſcumbere: frui diſcumbētiū colloquio:
prandere et gaudere fecit: atqꝫ vt miraculū diuine virtutis
accreſceret: dū cōuiuis interrogantibus triſtia loca penaꝝ:
ſedeſqꝫ alta nocte ſemp obſcuras: lazarus indicat diligenti
narratione p ordinē diu q̄ſiti lōgiſqꝫ tēporibꝰ ignorati: inue
nerūt tādē inferi ꝓditorē. Nec leues iā preceſſerāt i multis
curationibꝰ diuerſe virtutes. Neqꝫ enī leuia ſūt vel ludicra
Mat. xj. ꝑter lazarū q̄ xp̄s impleuit: q̄ claudi redeūtes gratis greſſi-
bus cucurrerūt: ⁊ accepto bn̄ficio ſanitatis dño grās retule-
rūt: q̄ manci vtraſqꝫ manꝰ ad celū cū laudibus leuauerūt: q̄
Mat. xij. reſoluta ſunt mutis clauſtra linguaꝝ et poſt horrificū vocis
inarticulate mugitū: vinculo nodate ligue dirupto ex ore di

uiduo ſenſibilia verba ꝓceſſerūt: q̄ cecus recepit lucē: quaꝫ Lu. xviij.
violētus dolor nube craſſi humoris obſcurās ab orbiū ſede
rapuerat: ⁊ noctē funerate frōtis excutiēs dū totū recipit vi
ſum: reſurrectionē cecus meruit oculoꝝ. Recepit hic quidē
oculos: aliter accepit: et qḋ natura nō dederat: manꝰ xp̄i for Joh. ix.
mauit. Impoſuit enim fronti puluerē ſputo cōſperſum: ⁊ ad
tactū ſacre manus operis diſciplina feſtinās luciferas gem
mas orbibꝰ ꝑparatis infixit: ⁊ quod natura nō dederat: xp̄s
artifex integrauit. Hec oīa cūctis fuere miraculo dū fiebāt.
Quis enī ꝓtinus ſaxeus mirari nō cogat̄: cū oīa dāna mem-
broꝝ nō medicine pigmētis: nec arte aliqua: nec remedijs:
ſed ſolo tantūmō videret ſermonis imperio reſtituta? Par B
ua hec tñ ad xp̄i potētiā videbant̄: niſi amicus xp̄i lazarus Joh. xj.
moreret̄. Quē ideo xp̄s vite nature reſtituit: vt mutaret na-
turā: ⁊ vite ordinē verteret: vt vnus hō ſemel naſci ⁊ bis mo
ri diſceret: vt ꝯditionē mortis noua reſurrectionis lege tur-
baret. Inuadit igit̄ lazarū ꝑnicies inimica languoris: ⁊ for
naci febris anhelo corpꝰ exurēs: miſerādi hoīs robur quoti
die edax incendiū aſſumebat. Iacebat viſceribꝰ anhelis ex
eſtuās: crebriſqꝫ ſingultibꝰ corpus excuſſum: migraturā de
domo corporis aīam ꝑmittebat. Non amici: nō cōſilia: non
fomēta: nō artis magiſterio remedia ꝓuiſa ſuccurrūt. Oīa
enim q̄ ꝓ ſalute data fuerāt: in cōtrariū vertebant̄. Lāguor
enī iſte nō aliquo remedio ſed ſola morte fuerat finiendus: ⁊
mors ipſa ꝑ reſuſcitationē xp̄i vincēda: Aderāt enī due ſoro
res lāguēti: ⁊ caſum dolētes iuuenis egrotātis lectulo iugit̄
inherebāt. Fouebāt vero iacētē talibus frequēter alloquijs
Patiēter inquiūt ſuſtine: fortiter dura: noli deſꝑatione cor
ruere. Dū enī languorē iſtū fortitudine toleras: cū ſuſtines:
cū foueris: veniet inter hec xp̄s vt credimꝰ: forſitā ⁊ ſanabe
ris. Sed q̄d vos o maria et martha ꝓ germano tātus dolor
exurit? Quid iugibꝰ ſuſpirijs optatis mori cū fratre. In cō-
trariū potius vota pectoris immutate: ꝑ camini cremēta lā-
guoris: augmēta febriū q̄rite: et vt i extrema vite lumina tē
peſtas morbi ſeuiētis citiꝰ impinguat optate. Frater enī ve
ſter lazarꝰ cuiꝰ ingemiſcitis tanto affectu lāguorē: niſi mor-
tuꝰ fuerit nō recipiet ſanitatē. Urebat igitur egrotuꝫ febris
aſſidua: edax flamma penetrali vapore ſiccabat. Incumbit
queſtionarius corporis dolor: totus hō ſeuientiū morboruꝫ
oneribꝰ premit̄: vt corporis vinculis aīa reſoluat̄. Uicit tā-
dē ſuccū corporis egritudo: ⁊ caminꝰ febriū extremo diuor-
tio de ſede corporis aīam cōpulit emigrare. Scindebāt ma
ria et mater germane veſtes: laniabant iratis vnguibus ge-
nas: ſpargebāt euulſos crines: vlulatibus aſtra pulſabāt: et
tñ incumbētes funeri amplexeqꝫ corpus exanime: inania fi-
gētes oſcula: ſepius hoc dicebāt. Poteras miſer nec egrota
ri nec mori: ſi nulla ratio feciſſet xp̄m abſentē. Inter oēs enī
q̄bus ſermone medico deſiderata ꝯceſſit: ſi te quoqꝫ languē
tem cōtingeret aut videret: nō te frigidi corporis ſopore op-
preſſum: non ſpoliatū lumine viderēꝰ. Immo illo preſente
nō tibi febris accederet: nō inuaderet dolor: nō egritudo va
ſtaret. Tanta eſt enī illius oīpotentia: vt etiā iam mortuꝰ re
ſurgeres ſi veniret. Procedit interea funus: longoqꝫ ordine C
triſtibus obſequijs decoratū: infertur ſepulchris. Abſcōdit̄
cauato ſaxo: luctuoſiſqꝫ vocibꝰ cōclamat̄. Uenit igit̄ ad be-
thaniā xp̄s: clauſtra mortis diuina potētia deſtructurꝰ. Oc
currūt lachrimoſe ſorores: funꝰ hoīs cōteſtātes: dei auxiliū
req̄rebāt. Erat enī inſutus amori lazari: erat ſoroꝝ eiꝰ q̄dā
delectatio apud dñm: de ſeruitijs amoris ſui pignꝰ intrinſe
cus deponētes: in viſceribꝰ habere dñꝫ videbant̄. Sꝫ inter
rogat de lachrymis deꝰ: et lꝫ ſciret q̄d cōtigerit: tñ ex illaruꝫ
voce optat audire. Lazarus inquiūt quē diligebas mortuꝰ
eſt. O inuidia: o infidelis cōuerſio. Te adhuc poſito i ſeculo
lazarꝰ amicꝰ tuꝰ morit̄. Si amicꝰ morit̄: inimicꝰ q̄d patiat̄?
Parū ē ſi tibi nō ſoli ſuperi ſeruiūt: ecce tuum dilectū inferi
rapuerūt. Lazarus inquiūt quē diligebas morit̄. Excluſit
hūanitatis ꝯſuetudinē: ⁊ vox illa mortalis dicit. Amicꝰ dei
plꝰ debuit viuere: ſꝫ morit̄. Dñs nr̄ xp̄s intēdēs i lachrymas
mulieꝝ: q̄ iugibꝰ ſuſpirijs optabāt mori cū fratre: ad mauſo
leū lazari vna cū diſcipulis ſuis vel ꝓlixis turbis accelerat.
Iam enī intra cauatū ſaxū q̄ttuor dies habuit vt iacebat: iā
flueſcētiū mēbroꝝ teterrimꝰ fetor ꝓhibebat acceſſū: iā i cō-
cauis orbibꝰ tabido ſitu marceſcētes reſederāt oclī: iā defi-
ciebat nariū mollitudo: iā rictus oris dētibꝰ nudatis horre-

bat:iam nudata cute:laxa timporib⁹ cerebri ſedes tegimine
attenuato palleſcēs:capillis ſubinde rareſcētib⁹ apparebat
tā maria ⁊ martha ſorores lazari q̄ xp̄m frequēt reſuſcitaſſe
mortuos viderāt:frēm ſuū poſſe reſuſcitari penit⁹ nō crede
bāt. Ibi vere xp̄s ꝓbatus ē de⁹ vbi tm̄ fecit:quātū auſa nō ē
etiā ipa fides optare. [Et cōmotus ſpū dixit. Ubi poſuiſtis
eū.] Nō tn̄ locū ſepulti ignorare credi debuerat:ſʒ fidē pp̄li
approbare volebat. Uenit igitur xp̄s ad monumētū in quo
lazar⁹ dormiebat:⁊ nō tāq̄ mortuū:ſʒ tanq̄ ſanū:tāq̄ viuū
tanq̄ audire paratū:de ſepulchro ꝓtin⁹ euocauit. [Lazare
(inq̄t) ꝓdi foras]. Ideo dicit nomē:ne oēs mortui cogerē-
tur exire. Clamat tn̄ ad monumētū:turbāt ſe iferi:expectāt
audiētiā oēs mortui:q̄rebant ſua noīa vocitari. Ne inquiūt
⁊ nos dn̄s ſuſcitabit? Ubicūq̄ xp̄s ſteterat:patebant inferi.
Subito vna vox intercepit ceteros. Lazare veni foras. Nō
dilatio vlla retinet reſurgentē:nō tardāt reditus aīe: non im
pediūt vincula ſepulture. Inuolutus linteis nodiſq̄ lineis
irretitus:voce xp̄i citius egredit̄. Surgit:ābulat:currit. Et
ne quid quiſq̄ deeſſe diceret reſurgēti:preſentibus cunctis
agit gratias redemptori.

¶ De eo qđ ſcriptū ē i euāgelio ſm̄ Johannem.
Qui credit i me:credit in eū q̄ miſit me. Ser. liij.

A
Joh. xij. Hoc admonuit dn̄s cū euāgeliū legeret̄:[q̄m q̄ cre
dit i eū:credit illū q̄ miſit eū] Miſſuʒ eē ad nos
ſaluatorē mūdi fides veriſſima tenet:q̄m xp̄ʒ ip̄e
ꝑdicat xp̄s:hoc eſt corpus xp̄i toto orbe diffuſuʒ
Actuū. ix. In celis eni ille erat:⁊ ſeuiēti i fr̄a ꝑſecutori dicebat. Quid
me ꝑſequeris? Ubi dn̄s ſic expſſit:⁊ hic ſe eē i nobis. Sic to
tus creſcit:q2 quēadmodū ille i nobis ē hic:ſic ⁊ nos ibi i illo
ſum⁹. Hoc facit ꝯpago charitatis. Ip̄e q̄ caput nr̄ʒ:ſaluator
ē corporis ſui. Predicat ḡ xp̄s xp̄m:ꝑdicat corp⁹ caput ſuū
Joh. xv. ⁊ tuet̄ caput corp⁹ ſuū:et ideo nos mūdus odit:ſicut ab ipſo
dn̄o audiuimus. Nō eni apl̄s hoc dicebat paucis ꝙ odiſſet
eos mund⁹:et q2 gaudere deberēt cū eis detraherēt hoīes ⁊
Mat. v. dicerēt oīa mala aduerſū eos:q2 ꝑpter hec merces eoꝝ ma
ior eſſet i celis. Nō eis ſolis dixit dn̄s cū hec dixit: ſed dixit
vniuerſo corpori ſuo:dixit oīb⁹ mēbris ſuis. Quicūq̄ i cor-
pore ei⁹ ⁊ mēbroꝝ ei⁹ eē voluerit:nō miret̄:q2 odit eū mūd⁹
Corporis aūt ei⁹ ſacramētū multi accipiūt:ſʒ nō oēs q̄ acci-
piunt ſacramētū:habituri ſunt apud eū etiā locū ꝓmiſſū mē
bris ei⁹. Pene quidē ſacramētū oēs corp⁹ ei⁹ dicūt:q2 oēs
in paſcuis ei⁹ ſimul paſcūt:ſʒ vēturus ē q̄ diuidat ⁊ alios po
nat ad dextrā: alios ad ſiniſtrā:⁊ vtraq̄ pars dictura ē. Dn̄e
Mat. xxv. q̄n:q̄n te vidimus ⁊ miniſtrauim⁹ tibi? Pars vtraq̄ dictu
ra eſt: vni tn̄ dico. Uenite bn̄dicti patris mei ꝑcipite regnū.
Alteri: Ite i ignē eternū:q̄ ꝑparatus ē diabolo ⁊ angelis ei⁹
Nō ergo ſolos inimicos noſtros deputare debem⁹ chariſſi-
mi:quicūq̄ bona cōſciētia xp̄i mēbra ſum⁹:nō ſolos eos ini
micos noſtros putare debem⁹:q̄ apte foris ſunt. Multo eniʒ
peiores ſunt q̄ intus videt̄:⁊ foris ſunt. Amāt eni mūdū:⁊ iō
mali ſunt. Et q̄dē de nobis ea ſentiūt:q̄ ipſi diligūt:⁊ i hui⁹
mūdi quaſi ꝓſperitatib⁹ q̄bus ingemiſcim⁹ inuidēt nobis.
Ibi nos felices putant:vbi nos piclitamur. Felicitatē vero
noſtrā internā nec nouerūt:q2 nō guſtauerūt:q2 vero q̄cquid
nobis t̄paliter mūd⁹ arridet:magis ē periculū q̄ ornamētū
B noſtrū neſciūt q2 iſta diſtinguere gaudia nō nouer̄t. Un̄ hor
tamur charitatē v̄ſtrā maxime q2 vos videm⁹ frequēti⁹ cō
ueniſſe:q̄ ꝓpoſitū alti⁹ habetis:id ē in ip̄o corpe xp̄i ex eius
munere nō meritis veſtris excellentiorē locū tenetis:haben
tes cōſciētiā q̄ a deo donata ē. Nā et ip̄a malis ⁊ inuidis no-
ſtris i ſuſpitionē venit. Ad hoc tn̄ mordet̄:vt ꝓbet̄. Si eni in
ipſius cōſciētie ꝓfeſſionē laudes q̄rimus hoīm:deficimus
reprehēſionib⁹ hoīm. Cū ſis caſtus ſeruus dei:ecce mund⁹
ſuſpicat̄ forſitan impudicū ⁊ mordet ⁊ rephēdit ⁊ libenter in
tuis detractiōib⁹ immorat̄. Maliuole quippe aīe quaſi dul
citer ſapit:quod peſſime ſuſpicat̄. Tu aūt ſi propter laudes
hūanas cōtinētiā ſuſcipere voluiſti:rephenſionib⁹ hūanis
ij. Cor. j. defeciſti:⁊ totū qđ tibi ꝓpoſueras ꝑdidiſti. Porro aūt ſi no
ſti dicere cū aplo. Gloria noſtra hec ē:teſtimoniū cōſcienẗe:
nō ſolū tibi rephenſionib⁹ mercedē nō minuit:ſʒ ⁊ facit am-
pliorē. Tu tn̄ ꝓ illo ora:ne tua mercede moriat̄. Nam et hic
ꝓbam⁹ chariſſimi:q2 ſi nō haberem⁹ inimicos:nō eēt ꝓ q̄b⁹
Mat. v. orarem⁹ ex p̄cepto dn̄i dicētis. Diligite inimicos veſtros:⁊

orate ꝓ his q̄ vos oderūt. Un̄ ꝓbam⁹:vn̄ cor noſtrū interro
gam⁹: vtrū hoc facere valeam⁹: ſi nullū inimicū: nullū rep-
hēſorē:nullū detractorē:nullū maledictū experiremur? Ui
detis ergo:q2 ⁊ mali neceſſarij ſūt bonis. In fornace quodā
modo aurificis ſum⁹:hoc ē i hoc mūdo. Si aurū es ſimul ar
des. Si aurū es:palea tua ē malus. Si et tu palea es:ſimul
eritis ſum⁹. Ueruntn̄ p̄mū vt noueritis chariſſimi:in corpe
xp̄i excellētiora mēbra eſſe:nō ſola eſt eni cōiugalis vita lau
dabilis:et hʒ in corpe xp̄i locū ſuū:ſicut et in nr̄o corpore nō
ea ſola habēt locū q̄ excellētius locata ſūt:ſicut ſenſus i facie
ſuperiorē corporis p̄tē occupauerūt:ſʒ niſi pedes portarent
quicq̄d ſublime eſt i terra iaceret. Un̄ apl̄s dicit. Et q̄ inho- j. Cor. xij
neſta ſūt nr̄a:magis neceſſaria ſunt. Deus tēperauit corpus
vt nō eſſent ſciſſure in corpe. Nouimus aūt mēbra xp̄i q̄ con
iugalē agūt vitā:ſi mēbra xp̄i ſunt:id ē ſi fideles ſunt: ſi futu
rū ſeculū ſperāt:ſi q̄re ſignū xp̄i portēt:ſicut nouimus ꝙ ho-
norem deferāt vobis:nouimus ꝙ meliores eē vos iudicant:
q̄ ipſi ſint. Sʒ quātū vos illi honorāt: tm̄ ⁊ vos mutuā hono
rificētiā eis ꝑſtare debetꝭ. Si eni ē i vobis ſctitas: timete ne
ꝑdatis eā. Un̄? Per ſupbiam. Aliter perit ſanctitas caſti ſi
adulter fuerit:aliter perit:ſi ſuperbus fiat. Et audeo dicere
coniugalem agētes vitā:ſi tenent humilitatē: ſupbis caſtis
meliores ſūt. Cōſideret ei charitas v̄ra qđ dico. Diabolū at
tendite: Nunq̄d eni in iudiciū dei erit adulteriū aut fornica C
tio? Nihil hoꝝ facit:q̄ nō hʒ carnē. Sola eni ſupbia ⁊ inuidia
mittit in ignē eternū. Seruo ergo dei cui ſurrepſerit ſupbia:
cōtinuo ibi eſt ⁊ inuidia. Non pōt ſupbus eſſe nō inuid⁹. In
uidia filia ē ſupbie:ſʒ iſta mater neſcit eſſe ſterilis: vbi fuerit
ꝯtinuo parit. Ut aūt nō ſit i vobis: hoc cogitate: ꝑſecutiōis
t̄pe:nō ſolā agnem fuiſſe ornatā v̄ginē: ſʒ ⁊ criſpinā mulierē:
⁊ forte qđ non dubitat̄: aliq̄ tūc de cōtinētib⁹ defecerunt: et
multe de cōiugatis pugnauerūt atq̄ vicerūt. Un̄ nō fruſtra
dicit apl̄s omibus mēbris xp̄i. Alter alterū exiſtimātes ſu- Phil. ij.
periorē ſibi:⁊ honore mutuo ꝑueniētes. Hec eteni ſi cogite- Rom. xij.
tis nō eritis apđ vos magni. Magis ei cogitare debetis q̄d
vobis deſit:q̄ qđ vobis aſſit. Quod habes caue ne ꝑdas:qđ
nōdū habes ſupplica vt habeas. In quātis ſis minor tibi co
gitandū ē:nō in quātis ſis maior. Si eni cogitas quātū pre
ceſſiſti:alteꝝ time tumorē. Si vero cogitas quātū tibi deeſt
adhuc:ingemiſcis:⁊ cū ingemiſcis curaris: hūilis eris:tu-
tior ambulabis:nō p̄cipitaris:nō inflaberis. Et vtinā poſſit
oēs de vna charitate cogitare. Sola eſt eni q̄ et vincit oīa:et
ſine q̄ nihil valent oīa:et q̄ vbicunq̄ fuerit trahit ad ſe om̄ia
Ipſa eſt q̄ non emulatur. Queris cauſam:attēde qđ ſeq̄tur. j. Cor. xiij.
Nō inflat̄. Prior ē in vitijs ſupbia vt dicere ceperā:deinde
inuidia. Nō eni inuidia peperit ſupbiā:ſʒ ſupbia peperit in
uidiā. Nō eni inuidet:niſi amor excellētie. Amor excellētie
ſupbia vocat̄. Cū ḡ i ordine prior ſit ſupbia:ſequat̄ aūt inui-
dia: apl̄s in laudib⁹ charitatis noluit dicere prius. Nō in-
flat̄:⁊ poſtea:nō emulat̄:ſʒ pri⁹ dixit. Nō emulat̄: ⁊ poſtea ſi
inflat̄. Quare hꝰ? Q2 cū dixiſſet. Nō emulat̄:q̄ſi q̄ſitur⁹ eras
cauſā. Quare nō emulat̄. Subdidit. nō inflat̄. Ergo ſi iō nō
emulat̄:q2 nō inflat̄:ſi inflaret̄ emularet̄. Hoc i vobis creſcat D
⁊ aīa ſolidat̄:q2 nō inflat̄. Sciētia (ait apl̄s) inflat. Quid ḡ? j. Cor. viij.
Scientiā fugere debetis:⁊ electuri eſtis nihil ſcire poti⁹ q̄
inflari? Ut q̄d vobis loq̄mur:ſi melior eſt ignorātia q̄ ſcien-
tia? Ut q̄d vobis diſputam⁹:vt q̄d iſta diſtinguimus:vt q̄d
qđ noſtis admonem⁹:qđ nō noſtis inferimus? Sciētia cauē
da ē ne inflet. Ergo amate ſciētiā:ſʒ anteponite charitatem.
Sciētia ſi ſola ſit inflat. Quia vero charitas edificat et non
ꝑmittit ſciētiā inflari. Ibi ergo inflat ſciētia: vbi charitas ſi
edificat: vbi aūt edificat ſolidata ē. Nō ē ibi inflatio vbi pe-
tra fūdamētū. Qn̄ aūt tentat inflatio:hoc ē elatio: vt ꝑpter
hoc vitiū etiā tāt⁹ ille apl̄s appoſitū ſibi eē diceret ſtimuluʒ ij. Cor. xij.
carnis angeluʒ ſathane: a quo colaphizaret̄:q̄ colaphizatur
tundit̄ caput ei⁹ ne erigat̄:et ibi de ſciētia met⁹ erat inflatio
nis:hoc ē elatiōis. Ut eni i magnitudine reuelationū meaꝝ
ne extollar:ibi metuēda erat elatio: vbi magnaꝝ reꝝ erat re
uelatio:i magnitudine reuelationū meaꝝ ne extollar:dat⁹ ē
mihi ſtimul⁹ carnis mee angelus ſathane q̄ me colaphizet.
Propter qđ ter dn̄ʒ rogaui vt auferret eū a me ⁊ dixit mihi
Sufficit tibi gr̄a mea. Nā virtus i infirmitate ꝑficit̄. Petit
eger vt qđ ad ſalutē apponit medic⁹:cū voluerit egrot⁹ au-
ferat̄. Medic⁹ dicit. Nō mordet ſʒ ſanat. Tu dicis. Tolle q2

moꝛdet. Medicus dicit. Nõ tollo quia ſanat. Tu ad medicū
quare veniſti? Sanare: an moleſtiā nõ pati? Non ergo exau
diuit dñs paulū ad volūtatē: qꝛ exaudiuit ad ſanitatē. Nam
nõ eſt magnū exaudiri a deo ad volūtatē: nõ eſt magnū: nec
putetis magnū eē hoc: qñ quiſq; oꝛat pꝛo magno: ſi exaudit̄
Querẽ q̄d oꝛat: q̄re in q̄ exaudiat̄. Nam nõ habeatis ꝓ ma-
gno exaudiri ad volūtatē: habete ꝓ magno exaudiri ad vti-
Mat. viij. litatem. Ad voluntatē etiā demones exauditi ſunt: ⁊ ad poꝛ
cos q̄s petiuerāt: ire pmiſſi ſunt. Ad voluntatē etiā pꝛiceps
Job. j. coꝝ exauditus ē diabolus: a quo petitus iob tētandus non ē
pš. lxxvij. negatus: vt eſſet ille ꝓbatus: iſte cõfuſus. Ad volūtatē etiā
iſraelite exauditi ſūt: et cū adhuc cibꝰ eſſet ĩ oꝛe ipſoꝝ noſtis
q̄ cõſecuta ſunt. Nolite ergo pꝛo magno habere ad volūtatē
exaudiri. Aliq̄ñ deus iratus dat q̄d petis: ⁊ deꝰ ꝓpitius ne-
gat quod petis. Cū vero deus ea q̄ laudat: q̄ deus pꝛecipit: q̄
deus ĩ futuro ſeculo ꝓmittit ab illo petitis: ſecuri petite: ⁊ in
cumbite quātū poteſtis oꝛationibꝰ vt ſumatis. Illa enī pꝛo-
pitio deo cõceduntur: illa eius non ira ſ; mīa largiunt̄. Qñ aūt
petitis tp̄alia: cū modo petite: cū timoꝛe petite: illi ꝯmittite
vt ſi pꝛoſint det: ſi ſcit obeſſe nõ det. Quid aūt obſit: q̄d ꝓſit:
E medicus nouit nõ egrotus. Sunt ergo cõtinētes hūiles: ſūt
ſupbi. Nõ ſibi pꝛomittant ſupbi regnū dei. Excellētioꝛ locꝰ
Luc. xiiij. ē: quo ducit ꝯtinētia. S; q̄ ſe exaltat humiliabit̄. Quid q̄ris
celſioꝛē locū: appetitu celſitudinis: quē potes appꝛehēdere
retentione humilitatis? Si extollis te: deus deijcit te. Si tu
deijcis te: deꝰ eleuat te. Sētētia dñi ē: nec addi aliquid: nec
detrahi põt. Uſq; eo aūt cõtinētes hoīes ſupbiūt: vt nõ ſolū
quibuſcūq; hoībus ſ; etiā parētibꝰ ingrati ſint: ⁊ aduerſꝰ pa
rentes extollant̄. Quare? Quia illi genuerūt: iſti nuptias cõ
tempſerūt. Uñ ingrati eſſent: q̄ nuptias cõtēpſiſſent: niſi illi
genuiſſent? Sed melioꝛ ē filius patre cõiugato: qꝛ ipſe nõ du
xit vxoꝛē. Et melioꝛ eſt filia matre ſua maritata: qꝛ ipſa non
queſiuit virū. Si ſupbioꝛ: nullo mõ melioꝛ: ſi melioꝛ ſine du
bitatione vlla hūilioꝛ. Si vis te inuenire melioꝛē: interroga
aīaꝫ tuā ſi vides ibi inflationē. Ubi inflatio: inanitas ē. Dia
bolus vbi inane inuenerit: nidū facere molit̄. Deniq; fratres
mei audio dicere ſupbis ꝯtinentibꝰ: expedit cadere vt in eo
ipſo i q̄ ſe extollūt hūilient̄: Quid enī ꝓdeſt cui ineſt ꝯtinētia
ſ; dñat̄ ſupbia? Contempſit vñ natus ē hõ: ⁊ appetit vñ ceci
dit diabolus. Nuptias cõtēpſiſti: bñ feciſti. Aliq̄d meliꝰ ele
giſti: ſ; noli ſupbire. De nuptijs hõ natus ē: de ſupbia angeli
ceciderūt. Si ſingula bona vr̄a cõſiderē: melioꝛ es p̄re tuo q̄
nuptias contempſiſti. Et tu melioꝛ matre tua que nuptias
contempſiſti. Etenim melioꝛ eſt virginalis ſanctitas: q̄ꝫ pu-
dicitia ꝯiugalis. Iſta duo ſimul ſi ꝯparent̄: meliꝰ ē illud q̄ꝫ
illud: q̄s dubitat? Sed addēdo alia duo: ſupbiā et hūilitatē
ĩ iſtis duobꝰ interrogo vos: ⁊ de his reſpõdete mihi. Quid eſt
meliꝰ: ſupbia an hūilitas? Reſpõdes: hūilitas. Iūge illam
virginali ſanctitati. Supbia vero nõ ſolū nõ ſit ĩ virginitate
tua: ſ; nõ remaneat ĩ matre tua. Si enī tu tenueris ſupbiaꝫ ⁊
tua mater hūilitatē: iteꝝ ꝯparabo vos. Iādudū ſingula cuꝫ
intenderē melioꝛē te inuenerā: mõ bina cū intēdo: nõ dubito
p̄ferre hūilē mulierē virgini ſupbe. Et quõ p̄ferre? Uidete
quõ p̄ferrē illā: quõ ꝯparabā. Bono pudicitie cõiugalis: eſt
melioꝛ integritas virginalis. Duo bona ꝯparabā: non malū
⁊ bonū: ſ; ⁊ bonū melius diſtinguebā. Poꝛro aūt duo illa cū
poſuero: ſupbiā ⁊ hūilitatē: nunq̄d poſſumus dicere: bonū ē
ſupbia: ſ; melioꝛ ē hūilitas? S; q̄d dicimꝰ? Supbia malum
hūilitas bonū: ⁊ ſupbia magnū malū: hūilitas magnū bonū
Si ergo hoꝛum duoꝛum vnū eſt malum et alterum bonum:
iungit̄ malū ad maius tuū bonū: ⁊ fit totū malū. Iūgit̄ bonū
ad m̄ris tue minꝰ bonū: et fit magnū bonū. Minoꝛē enī locū
habebit mater ĩ regno celoꝝ q̄ñ maritata ē: q̄ꝫ filia q̄ñ virgo
eſt. Maioꝛē enī locū filia virgo: minoꝛē locū mater maritata
ambe tñ ibi: quõ fulgida ſtella: obſcura ſtella: ambe tñ ĩ celo
Si vero mater tua fuerit hūilis tu ſupba: illa habebit qualē-
cūq; locū: tu aūt nullū locū. Et q̄s inuenit alteꝝ locū q̄ ibi nõ
habuerit locū: niſi cū illo q̄ inde cecidit: ſtātēq; deiecit? Inde
cecidit diabolꝰ ſtātē deiecit hoīeꝫ. Deiecit ſtātē: ſ; xp̄s deſcē
dēs erexit iacentē. Uñ te tñ erexit dñs tuus. Attēde. Hūili-
Phil. ij. tate erexit: factꝰ obediēs vſq; ad moꝛtē: hūiliauit ſemetipꝫ.
Pꝛinceps tuꝰ humilis: ⁊ tu ſupbus? Caput humile: ⁊ mem
bꝛū ſupbū? Abſit. Nõ vult eē de coꝛpoꝛe capitis hūilis: qui
amat ſupbiā. Si aūt fuerit: videat vbi erit. Ego nolo dicere
ne amplius videar terruiſſe. Immo vtinā terruerim ⁊ aliq̄d
egerim. Utinā q̄ ſic fuerat: vel q̄ ſic fuerat: nõ ſit vlteriꝰ. Uti
nā verba iſta infuderim ⁊ nõ effuderim. Totum ſperādum
de miſericoꝛdia dei: quia qui terret contriſtat: qui contriſtat
conſolatur. Sed ſi quis contriſtatus eſt emendatur.

## ¶ De eo quod ſcriptum eſt in euāgelio ſm̄ eūdē Ego ſum via: veritas: ⁊ vita. Sermo. liiij.

ERigunt nos diuine lectiones ne deſperatione frā- A
gamur: ⁊ rurſus terrent: ne ſupbia vētilemur. Te-
nere aūt viam mediā veſtrā rectā tanq̄ inter ſini-
ſtrā deſperationis et dexterā p̄ſumptiõis: difficil
limū nobiſcū eſſet: niſi xp̄s diceret. [Ego ſum via. Ego ſum Joh. xiiij.
inquit via: veritas et vita.] Tāq̄ diceret. Qua vis ire? Ego
ſum via. Quo vis ire? Ego ſum veritas. Ubi vis pmanere?
Ego ſum vita. Securi ergo ambulemus ĩ via: ſ; inſidias ti-
meamus iuxta viā. Inimicus inſidiari nõ audet ĩ via: quia
xp̄s eſt via. S; iuxta viā plane nõ deſinit. Uñ in pſalmo d̄r.
Iuxta ſemitā ſcādala poſuerūt mihi. Dicit et alia ſcriptura pš. cxxxix.
Memēto q̄ꝛ in medio laqueoꝝ ingrederis. Iſti laquei p̄ q̄s Eccl. ix.
ingredimur non ſunt ĩ via: ſed tñ ſunt iuxta viā. Quid foꝛmi-
das: q̄d metuis: ſi ĩ via ambulas? Tunc time: ſi deſeras viā
Nā ideo etiā pmittit̄ ponere iuxta viā laqueos: ne ſecurita-
te exultationis via deſerat̄: ⁊ in inſidias incidat̄. Uia xp̄s:
hūilis xp̄s: veritas xp̄s et vita: excelſus et deꝰ. Si ambules
in hūili: ꝑuenies ad excelſum. Si infirmus humilē nõ aſper
neris: in excelſo foꝛtiſſimus pmanebis. Que enī cauſa hūili
tatis xp̄i: niſi infirmitas tua? Ualde enī et irremediabiliter
te obſidebat infirmitas. Et hec res fecit: vt veniret ad te tā-
tus medicus. Si enī vel ſic egrotares vt tu poſſes ire ad me-
dicum: poterat tolerabilis videri ipſa infirmitas. Sed qꝛ tu
ire nõ potuiſti ad eū: ille venit ad te. Uenit docens hūilitatē
Quare? Uideamꝰ. Qꝛ ſupbia nos redire nõ ſinebat ad vitā
et ipſa fecerat nos a vita recedere. Exaltatū enī hūanuꝫ coꝛ
aduerſus deum: et negligēs in ipſa ſanitate p̄cepta ſalutaria
decidit aīa in infirmitatē. Diſcat audire infirma: audire illū
quem cõtempſit incolomis. Audiat vt ſurgat: quē ſpꝛeuit vt
caderet. Audiat tñ experimēto edocta: q̄d p̄cepto docta no-
luit obtinere. Docuit enī eā miſeria ſua quā fecit negligentē
felicitas. Heu q̄d mali ſit a dño foꝛnicari de ſe pꝛeſumendo.
O q̄ꝫ bonū ſit ſemp adherere dño: ſemp hūilia ſentiēdo. Re-
cedere enim ab illo ſimplici et ſingulari bono: in iſtas multi
tudinum voluptates et in amoꝛē ſeculi coꝛruptioneſq; terre-
nas accedere: hoc ē foꝛnicari a dño. Hinc clamatur. Facies Hiere. iij.
foꝛnicaria facta eſt tibi: ⁊ impudoꝛata facta es tota. Uidea-
mus nūc obiurgationis cõſiliū. Non enī ſic increpat vt in-
ſultet: ſ; ad cõfuſionē vult perducere pꝛeſumptionē vt ſanet
Exclamauit ſcriptura vehemēter: nec palpauit adulando:
quos voluit reparare ſanando. Adulteri: neſcitis qꝛ amicus Jaco. iiij.
huius mūdi: inimicus deo cõſtituet̄? Amoꝛ mūdi adulterat
aīam: amoꝛ fabꝛicatoꝛis mūdi caſtigat aīam. S; niſi de coꝛ
ruptione erubuerit: ad amplexos illos caſtos redire non cõ-
cupiſcit. Confundat̄ vt redeat: q̄ ſe iactabat ne rediret. Su-
perbia ergo impediebat aīe reditū. Qui autem increpat nõ
facit pctm̄: ſed oſtēdit peccatum q̄d nolebat aīa videre. Po-
nitur ei ante oculos: ⁊ quod poſt doꝛſum abire cupiebat: ad
faciē illi admouet̄. Uidete in te: q̄ vides ſtipulā in oculo fra- Mat. vij.
tris tui: trabē autē in oculo tuo nõ vides. Reuocat̄ ad ſe aīa
tua q̄ ibat a ſe. Sicut a ſe ierat: ſic a dño ſuo. Si enim reſpexe
rat ſibiq; placuerat: ſueq; poteſtatis amatrix facta fuerat:
receſſit ab illo ⁊ non remanſit in ſe. Ideo et a ſe pellitur et a ſe
excluditur: et ĩ exter ioꝛa ꝓlabitur. Amat mundum: amat tē-
poꝛalia: amat terrena: q̄ ſi ſeipſam amaret: nõ neglecto a quo
facta eſt: iam minus eſſet: iam deficeret amādo quod minꝰ ē
Minus eſt enī ipſa q̄ꝫ deus: et longe minus: tantoq; minus:
quātum minus eſt res facta q̄ꝫ factoꝛ. Ergo amādꝰ eſt deus
ꝓ amoꝛe eiꝰ: ita vt ſi fieri põt nos obliuiſcamur. Quis ergo
ē iſte trāſitus? Oblita ē aīa ſeipſam: ⁊ amādo mūdū: nūc obli
uiſcat̄ ſe: ſ; amādo artificē mundi. Pulſa ē ergo a ſe q̄ amā
do ꝑdidit ſe: qꝛ nec fctā ſua nouit videre: iuſtificat iniq̄tates
ſuas. Effertur ⁊ ſupbit in petulātia: in luxuria: in honoꝛibꝰ:
in poteſtatibus: in diuitijs: ĩ potētia vanitatis. Arguit̄. Coꝛ
ripitur: oſtēdit̄ ſibi. Confitetur feditatē: deſiderat pulchꝛi-
tudinē: et q̄ ibat effuſa: redit cõfuſa. Cõtra illā videt̄ oꝛare q̄ B

dicit. Imple facies eoꝝ ignominia. Imple inq̃t facies igno
ꝑs. lxxxij. minia: ⁊ q̃rãt nomē tuū dn̄e. Oderat eos quoꝝ facies ĩpleri
ignominia cupiebat? Uide quēadmodum amet eos: quos
vult querere nomē dn̄i. Amat tm̄: an odit tantū? An et odit ⁊
amat? Immo et odit ⁊ amat. Odit tua: amat te. Quid ē odit
tua: amat te? Odit q̇ꝺ feciſti: amat quod deꝰ fecit. Que ſunt
enĩ tua niſi peccata? Et q̇d eſt tu niſi q̇ꝺ fecit deꝰ? Negligis
quod factus es: diligis q̇ꝺ feciſti: amas extra te opa tua: ne-
gligis in te opus dei. Merito ꝑis: merito laberis: merito et a
ps̄. lxxvij. teipſo ꝑgis: merito audis. Spūs ambulãs et non reuertens
Zach. j. Audi potius vocantē ⁊ dicentē. Cõuertimini ad me: et con-
uertar ad vos. Nõ enim deus auertitur ⁊ cõuertitur: manēs
corripit: incõmutabilis corripit. Auerſus ē q꞉ tu te auertiſti
Tu ab illo feciſti caſum: nõ ab ĩpo feciſti occaſum. Ergo au
di dicentē tibi. Conuertimini ad me: ⁊ ego reuertar ad vos.
Quia cõuertiſti: h̄ eſt enĩ q꞉ cõuertar ad vos: q꞉ cõuertimini
ad me. Fugiētis dorſa ꝑſequit̃: q̃ faciē redeūtis illuĩat. Quo
enĩ fugies a deo? Fugiēs quo fugies? Fugiēs ab illo q̃ nul-
lo loco cõtinet̃: ⁊ nuſq̃ abſens ē? Qui ꝯuerſum liberat: punit
auerſū. Quē habes iudicē fugiēs: hūc patrē habeto rediēs.
Tumerat aūt ſupbia: et in ipſo tumore ꝑ anguſtū redire nõ
Mat. vij. poterat. Clamat ille q̃ factus eſt via. Intrate ꝑ artã portam
Conatur ingredi: impedit tumor: et tantomagis perniciose
conatur: quãtomagis impedit tumor. Tumidū enim vexat
anguſtia. Uexatus autē ampliꝰ tumebat. Amplius tumēs
q̄n intrabit? Ergo detumeſcat ſi cupit ingredi. Ūn aūt detu
meſcat? Accipiat hūilitatis medicamentū. Bibat contra tu
morem poculū amaꝝ: ſed ſalubre poculū bibat humilitatis.
Quid ſe artat? Non ſinet moles: nõ magna ſed tumida. Ma
gnitudo enĩ ſoliditatē habet: tumor inflationē. Nõ ſibi ma-
gnus tumidus videat̃. Detumeſcat vt magnus ſit: vt certus
⁊ ſolidus. Nõ iſta deſideret: nõ de ſtatu pomparū rerū labē
Mat. vij. tiū corruptibiliūq̃ gloriet̃. Audiat eū ipſum q̃ dixit. Intra-
Joh. xiiij. te ꝑ anguſtã portã: dicētē. Ego ſum via. Quaſi enĩ quereret
tumidus q̃ intrabo: reſpõdit. Ego ſum via: ꝑ me intra. Non
niſi ꝑ me ambulas vt intres ꝑ ianuã. Nã ſicut dixi. Ego ſuꝫ
via: ita ego ſū ianua. Quid q̃ris q̃ redeas: quo redeas: q̃ in-
tres? Ne alicubi erres: ipſe tibi oĩa factus ē. Breuiter ergo
dicit. Hūilis eſto: mitis eſto. Audiamꝰ hoc apertiſſime di-
centē: vt videamus qua ſit via: q̃ ſit via: quo ſit via: quo vis
Mat. xj. ire. Certe forte auaricia oĩa vis poſſidere. Oĩa mihi tradita
ſunt a patre meo inq̃t. Fortaſſe dicturus es: Chriſto ſunt tra
dita. Nunq̇d mihi? Audi aplm̄ dicētē. Audi vt dixi iamdu-
dum: ne deſperatione frangaris. Audi quõ amatus es: non
amãdus. Audi quõ amatus es fedus: turpis: anteq̃ eſſet ĩ te
q̇ꝺ amari dignū eſſet. Amatus es prius: vt dignus fieres q̃
Rom. v. amareris. Etenĩ xp̄s (ſicut ait apl̄s) ꝓ impijs mortuus eſt.
Ante forte impiꝰ amari merebatur. Quare? Quid merebat̃
impius? Donare reſpõdes? Chriſtus tn̄ pro impijs mortuꝰ
eſt. Ecce q̇d tibi preſtitū impio: iã pio q̇d ſeruat̃? Quid pre-
ſtitū eſt impio? Chriſtus ꝓ impijs mortuꝰ eſt. Deſiderabas
aūt oĩa poſſidere: noli ꝑ auariciã: per pietatē hoc quere. Si
enĩ ita queſieris: poſſidebis. Tenebis enim eū ꝑ quē facta
ſunt omnia: et cum ipſo omnia poſſidebis.

## De eo de quo ſupra. Ego ſum via veritas et vita. Sermo. lv. in quo per viam ambulare (que christus eſt) quõ debemꝰ pulcherrime declarat.

A Inter cetera cū ſanctū euãgeliū legeret̃ audiſtis.
Ait dn̄s ieſus. [Ego ſum via veritas et vita.] Ue
ritatē et vitã oĩs hõ cupit: ſed viã non oĩs hõ inue
nit. Deū eſſe quãdã vitã eternã: immutabilem: in-
telligibilē: intelligentē: ſapientē: ſapiētes facientē: nonnulli
etiã huius ſeculi philoſophi viderūt veritatē fixã: ſtabilem
indeclinabilē: vbi ſunt oēs rationes reꝝ oĩm creaturaꝝ. Ui-
derūt quidē: ſed de longinquo viderūt: ſed in errore poſiti: ⁊
idcirco ad eã tam magnã et ineffabilē et beatificã poſſeſſio-
nē: q̃ via ꝑueniret̃ nõ inuenert̃. Nã q̃ viderūt: etiã ipſi quãtū
videri ab hoĩe põt creatorē ꝑ creaturã: factorē ꝑ facturã: fa-
Rom. j. bricatorē mūdi ꝑ mūdū. Paulus apl̄s teſtis ē: cui vtiq̃ de-
bēt credere xp̄iani. Ait enĩ cū de talibus loq̃ret̃. Reuelatur
ira dei de celo ſuꝑ oēm impietatē ⁊ iniuſticiã hoiꝫ: q̃ verita
tatē iniquitate detinēt. Nunq̇d dixit eis: nõ detinere verita
tē? Sꝫ veritatē in iniq̃tate detinēt. Bonū ē q̇ꝺ tenēt: ſꝫ malū
vbi tenēt. Ueritatē iniquitate detinēt. Occurrebat auteꝫ vt
diceret̃ ei. Ūn aūt illi impij veritatē detinēt? Nūq̇d deꝰ ad
quēq̃ eoꝝ locutus eſt? Nunq̇d legē accepertūt ſicut iſraelita
ppl̄s ꝑ moyſen? Ūn ergo detinēt veritatē: vel ĩ ipa iniq̃tate?
Audite q̃ ſequūt̃: ⁊ oſtēdit. Q꞉ quod notū eſt dei inq̃t: mani-
feſtū ē ĩ illis. Deus enĩ illis manifeſtauit. Manifeſtauit enĩ
illis q̇bꝰ legē nõ dedit. Audi quõ manifeſtauit. Inuiſibilia
enĩ eius ꝑ ea q̃ facta ſunt intellecta ꝯſpiciūt̃. Interroga mū
dum: ornatū celi: fulgorē diſpoſitionēq̃ ſyderū: ſolē diei ſuf
ficientē: lunã noctis ſolatiū: interroga terrã fructificantem
herbis ⁊ lignis: aĩalibꝰ plenã: hoĩbꝰ exornatã: interroga ma-
re quãtis ⁊ q̃libus natalibus plenū. Interroga aera quãtis
volatilibꝰ viget: interroga oĩa ⁊ vide ſi nõ ſenſu ſuo tãq̃ tibi
reſpõdēt. Deus nos fecit. Hec ⁊ philoſophi nobiles q̃ſierūt
⁊ ex arte artificē cognouerūt. Quid ergo? Quare reuelatur
ira dei ſuꝑ ipſã impietatē? Q꞉ veritatē ĩ eq̃tate detinēt. Ue-
niat: oſtēdat quõ. Iam enĩ dixit: quõ cognouert̃ inuiſibilia
eius: id ē dei: et ꝑ ea q̃ facta ſunt intellecta cõſpiciūt̃. Sempi
terna quoq̃ eiꝰ virtꝰ ⁊ diuinitas vt ſint inexcuſabiles: q꞉ cū
cognouiſſent deū nõ ſicut deū honorificauerūt aut grãs ege
runt: ſꝫ euanuerunt in cogitationibꝰ ſuis: et obſcuratū ē inſi-
piēs cor eoꝝ. Apl̄i verba ſūt: nõ mea. Et obſcuratū ē cor eoꝝ
Dicentes enim ſe eē ſapiētes: ſtulti facti ſūt: Quod curioſi-
tate inuenerunt: ſuperbia perdiderunt. Dicentes ſe eſſe ſa-
pientes: id eſt donum dei ſibi tribuentes: ſtulti facti ſunt.
Uerba inq̃ apoſtoli ſunt. Dicentes ſe eſſe ſapientes: ſtulti fa
cti ſunt. Oſtēde: proba ſtulticiam eoꝝ. Oſtēde aple: et ſicut
oſtēdiſti nobis: vn̄ potuerūt ꝑuenire ad cognitionē dei: q̄m
inuiſibilia eiꝰ ꝑ ea q̃ facta ſūt intellecta cõſpiciunt̃: ita nunc
oſtēde quõ dicētes ſe eē ſapiētes: ſtulti facti ſūt. Audi: quia
immutauert̃ (ait) gloria incorruptibilis dei in ſimilitudinē
imaginis incorruptibilis hoĩs ⁊ volucrū ⁊ quadrupedum ⁊
ſerpētiū. Figura enĩ iſtoꝝ aĩaliū: ſibi deos pagani fecerunt
Inueniſti deū: et colis idolū. Inueniſti veritatē: ⁊ ipam ve-
ritatē in iuſticia detines. Et q̇ꝺ ꝑ dei opa cognouiſti: ꝑ opa
hoĩs ꝑdis. Totū ꝯſideraſti: celi: terre: maris elemētoꝝ oĩm
ordinē collegiſti: iſtud nõ vis attēdere q̃ mūdꝰ opꝰ eſt dei?
Idolū opus ē fabri. Si faber idolo ſicut dedit figurã cor da
ret: ab ipſo idolo faber adoraret̃. Quõ enĩ o hõ faber tuꝰ deꝰ
eſt: ſic hõ idoli faber q̃ eſt deus tuꝰ. Qui te fecit q̃s ē? Deꝰ fa-
bri. Qui illud fecit q̃s eſt? Deꝰ idoli. Ergo ſi idolū cor habe-
ret: nõ fabrū adoraret q̃ illud fecit? Ecce in q̃ iniq̃tate verita
tē tenuerūt: ⁊ ad poſſeſſionē illã quã videt̃ viã ꝑducentē nõ
inuenerūt. Chriſtus aūt q꞉ ipſe ē apud patrē veritas et vita
verbū dei de quo dictū ē. Uita erat lux hoiꝫ. Quia ergo ipe Johan. j.
ē apõ patrē veritas ⁊ vita: ⁊ nõ habebamꝰ q̃ iremꝰ ad v̄itatē
filius dei q̃ ſemꝑ ĩ patre veritas ⁊ vita ē: aſſumēdo hoĩem fa
ctus ē via. Ambula ꝑ hoĩem: et ꝑuenis ad deū. Per ipm̄ va
dis: ad ipm̄ vadis. Noli q̃rere q̃ ad illū ꝑuenias preter ipſū
Si enĩ via ipſe eſſe noluiſſet: ſemꝑ erraremꝰ. Factꝰ ergo via
ē q̃ venias: nõ tibi dico q̃rere viã. Ipe via ad te venit: ſurge
⁊ ambula. Ambula moribus: nõ pedibꝰ. Multi enĩ ambulãt
bn̄ pedibus: ⁊ male ambulãt moribꝰ. Aliq̄n enĩ ipi bn̄ ambu
lantes: ꝑter viã currūt. Inuenies quippe hoĩes bn̄ viuētes:
⁊ nõ xp̄ianos. Bn̄ currūt: ſꝫ ĩ via nõ currūt. Quãto plꝰ currūt
plus errãt: q꞉ a via recedūt. Si aūt tales hoĩes ꝑueniant ad
viã: ⁊ teneãt viã: o quãta ſecuritas ē: q꞉ et bn̄ ambulant: et nõ
errãt. Si aūt nõ tenent viã: quãtū vis bn̄ ambulēt: heu quãtū
dolendū eſt. Melius eſt enim in via claudicare q̃ preter viã
fortiter ambulare. Hec ſatis ſint charitati veſtre.

## De eo q̇ꝺ ſcriptū ē ĩ euãgelio ſm̄ Johannem. q̃ ego loquor vobis a meipo nõ loquor. Ser. lvj

A Audite auribꝰ: accipite mētibꝰ dilectiſſimi: loquē
tibus q̇dē nobis: ſꝫ ipo docēte q̃ n̄ recedit a nobis
Dn̄s dicit: quõ cū legeret̃ audiſtis. [Uerba q̃ lo- Joh. xiiij
quor vobis: a meipo nõ loquor. Pater autē in me
manēs: ipe facit opa.] Ergo ⁊ v̄ba opa ſūt? Plane ita ē. Nã
ꝑfecto q̃ proximū loquēdo edificat: bonū opus operat̃. Sꝫ q̇d
ē a meipo nõ loquor niſi a meipo nõ ſū q̃ loquor? Et q̃ppe tri
buit q̇cq̇d facit: de q̃ ē ipe q̃ facit. Pater enĩ deꝰ nõ ē de aliq̃
filꝰ aūt deꝰ p̄ri eq̃lis. Sꝫ de p̄re deo: io ille deꝰ: ſꝫ nõ de deo:
⁊ lumen: ſꝫ nõ de luĩe: iſte vero deꝰ de deo: lumē de luĩe. Nã
ĩ his duabꝰ ſententijs: vna q̃ dictū ē. Nã a meipo loquor: alia

q̄ dictū ē. Pater aūt ī me manēs ipē facit opa: ſingulas tenē
tes diuerſi nobis aduerſant heretici: q̄ nō ex vna pte ſʒ in cō
traria conātes: a via veritatꝭ exorbitāt. Arriani q̄ppe dicūt
Ecce inequalis eſt patri filius: nō a ſeipſo loquit. Dicunt ſa=
belliani ꝯtra: id eſt patripaſſiani. Ecce q̄ pater ē: ipē ē ⁊ filiꝰ.
Quid ē enī pater ī me manēs ipē facit opa: niſi in me maneo
ego q̄ facio? Cōtraria dicitis: ſʒ nō eo mō ſicut falſum ē con=
